**Deinde concludit** quare verbum crucis sit eis stultitia dicens. (Nos autem predicamus christum crucifixum.) s. illud infra. cap. 11. Mortes domini annuntiabitis donec veniat. (Iudeis scandalum.) quod. s. desiderabant virtutem miracula facientem: et videbant infirmitatem crucem patientem. nam ut dicitur. 2. Cor. 13. Crucifixus ex infirmitate. (Gentibus autem stultitia.) quod contra rationem humane sapientie videtur quod deus moriatur: et quod homo iustus et sapiens se voluntarie turpissime morti exponat.

**Deinde cum dicit.** (Ipsis autem vocatis.) Manifestat quod dixerat. Dis autem qui salui fiunt virtus dei est. Et primo manifestat hoc. Secundo rationem assignat ibi. (Quia quod stultum etc.) Dicit ergo primo dictum est quod predicamus christum crucifixum iudeis scandalum et gentibus stultitia. sed predicamus christum dei virtutem et dei sapientiam ipsis vocatis iudeis et grecis. i. his qui ex iudeis et gentilibus ad fidem christi vocati sunt. qui in cruce christi recognoscunt dei virtutem. per quam et demones superant et peccata remittuntur. et homines saluantur. ps. Exaltare domine in virtute tua. Et hoc dicit contra scandalum iudeorum. qui de infirmitate christi scandalizabantur: et recognoscunt in cruce dei sapientiam: in quantum per crucem convenientissimo modo humanum genus liberat. Sap. 9. Per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi a principio. Dicit autem dei virtus et dei sapientia per quam ad approbationem virtutem quemquam per eius pater omnia operatur. Jo. primo. Omnia per ipsam facta sunt. Sapientia vero in quantum ipsum verbum quod est filius nihil est aliud quam sapientia genita vel accepta. Ecc. 24. Ego ex ore altissimi. per ipsum genita ante omnes creaturas. Non autem sic est intelligendum quod deus pater sit fortis et sapiens virtute: aut sapientia genita. quod ut Aug. probat. 6. de trinitate: sequeret quod pater haberet esse a filio: quod hoc est deo esse quod forte et sapienter esse.

**Deinde cum dicit.** (Quia quod stultum est dei.) Assignat rationem eius quod dixerat dicens quod id quod est infirmum et stultum possit esse et vel sapientia dei: quod quod stultum est dei sapientius est hominibus. quasi dicat. Facit aliquid diuinum vel esse stultum: non quod deficiat a sapientia. sed quod supercedit sapientiam humanam. Voies. n. quod ad seauerunt stultum reputare quod eorum sensus excedit. Ecc. 3. Plura super sensum hominis ostensa sunt tibi. Et quod infirmum est dei: forte est hominibus: quod. s. non de aliquid infirmum in deo per defectum virtutis: sed per excessum humane virtutis: sicut est de inuisibilis in quantum excedit sensum humanum. Sap. 12. Virtute ostendis tu quod non crederis esse in virtute consuetudinis: quibus si possit referri ad incarnationis mysterium: quod id quod reputat stultum et infirmum in deo ex parte nature assumpte transcendit omnem sapientiam et virtutem. Exo. 15. Quis similis tui in fortibus domine.

Lectio. III.



**V**idete enim vocacionem vestram fratres. quia non multi sapientes s. carnem. non multi potentes. non multi nobiles. sed que stulta sunt mundi elegit deus ut confundat fortia et ignobilia mundi et contemptibilia elegit deus. et ea que non sunt. ut ea que sunt destrueret. ut gloriaretur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in christo iesu. qui factus est nobis sapientia et iusticia et sanctificatio et redemptio ut quemadmodum scriptum est. qui gloriatur in domino gloriatur.

**C**Supra ostēdit apostolus q̄ modus docēdi q̄ est in sapiētia verbi nō cōuenit doctrine xp̄iane rōne materie que est ipsa crux christi. hic ostēdit q̄ predictus docēdi modus nō conuenit doctrine xp̄iane rōne doctoꝝ: s̄m illud. Prover. 26. In derisum est in ore stulti parabola. Et Ecc. 21. Ex ore fatui reprobabit parabola. Quia igit̄ primi doctores fidei nō fuerūt sapiētes sapiētia carnali nō erat eis conueniens vt in sapiētia verbi docerēt. Circa hoc ergo duo facit. P̄mo ostēdit quō p̄mi doctores fidei in rebus humanis defectum patiebant. Secūdo ostēdit quō talis defectus est in eis per xp̄m suppletus ibi. (Ex ipso autēz vos estis.) Circa primū tria facit. p̄mo excludit a fidei p̄mis doctoꝝ excellentiam secularē. Secūdo astruit eoz abiectionem quātū ad seculum ibi. (Sed que stulta sunt mundi.) Tertio rōnem assignat ibi. (Ut nō gloriē.) Dicit ergo primo. dictū est q̄ stultum dei sapiētius est hoibus: et hoc cōsiderare potestis in ipsa vestra cōuersione. Videte enī. i. cōsiderate vocationē vestram: quō. s̄. vocati estis. nō. n. p̄ vos ipsos accessistis: sed ab eo vocati. Ro. 8. Quos predestinauit hos et vocauit. i. pe. z. De tenebris vos vocauit in admirabile lumē suum. Inducit autē eos vt cōsiderent modū sue vocationis q̄ntum ad eos p̄ quos vocati sunt. sicut Esa. 51. dicitur. Attendite ad abraam patrem vestrū et ad saraz que genuit vos: a gbus vocationis ministris p̄mo excludit sapiētiam cū dicit. Quia nō multi eoz p̄ quos vocati estis sapiētes s̄m carnem. i. in carnali sapiētia et terrena. Jac. 3. Nō est ista sapiētia desursus descēdens: sed terrena aīalis dyabolica. Baruch. 3. Sily agar exquisierūt sapiētiaz que de terra est. Dicit nō: q̄ aliqui pauci erant etiā in sapientia mūdāna istructi sicut ipse et barnabas: velut moyses in veteri testamento. de quo d̄ Act. 7. q̄ eruditus erat moyses in oī sapientia egyptioꝝ. Secūdo excludit secularē potētiam cum dicit. (Nō multi potētes.) s̄m seculū. Unde et Jo. 7. dicit Nungd aliqs ex p̄ncipib⁹ credidit i euz. Et baruch. 3. dicitur. Ubi sunt p̄ncipes gentiū exterminati sunt et ad iferos descēderunt. Tertio excludit excellentiam generis cū dicit. (Nō multi nobiles: et alig iter eos nobiles fuerūt sicut ipse paulus q̄ in ciuilitate romana se natus dicit. Act. 22. et Ro. vlt. de quibusdam dicit. Qui sunt nobiles in apostolis.

**C**Deide cum dicit. (Sed q̄ stulta sunt rē.) ponit ecōuerso eoz abiectionē quantū ad mūdū: et p̄mo defectū contrarium sapiētie cum dicit. Que stulta sunt mūdū. i. eos q̄ s̄m mundum stulti videbant elegit deus ad predicationis officium. s̄. piscatores illiteratos. s̄m illud Act. 4. Cōperto q̄ homines essent sine litteris et ideote admirabant. Esa. 33. Ubi est litteratus: vbi verba legis p̄derās. Et hoc vt confundat sapiētes. i. eos q̄ de sapiētia mūdū cōfidunt: vuz ipi nō cognouerūt que sunt simplicib⁹ reuelata. Mat. 11. Abscondisti hec a sapientib⁹ et prudentib⁹ et reuelasti ea paruulis. Esa. 19. Ubi sunt nūc sapiētes tui annūciēt tibi. Secūdo ponit defectum cōtrariū potētie dicēs. (Et ifirma mūdū.) i. homines ipotentes s̄m mūdum: puta rusticos et plebeios. elegit deus ad predicationis officium. In cuius figura dicit. 3. Re. 20. Ego tradens eos in manu tua per pedis sequos p̄ncipum puinciaz. Et puer. 9. dicitur q̄ sapiētia misit ancillas vt vocarent ad arcē. In vtrisq̄ autē p̄mouis predicatorū ifirmitas designat. Et hoc ideo vt cōfundat fortia. i. potētes huius mūdū. Esa. 2. Incuruabit̄ ois sublimitas hominum et humiliabit̄ altitudo viroꝝ. Tertio ponit defectum cōtrariū nobilitati in quo possunt tria cōsiderari. p̄mo q̄dem claritas generis: quā ipsum nomē nobilitatis designat. Et cōtra hoc dicit. Et ignobilia mūdū. i. qui s̄m mūdum sunt ignobiles. ifra. 4. Vos nobiles: nos autē ignobiles. C. z. circa nobilitatē cōsiderant̄ honoz et reue-

rentia que talib⁹ exhibent. et cōtra hoc dicit. (Et cōtēptibilia.) i. homines cōtēptibiles in hoc mundo elegit deus ad predicationis officium. s̄z illud. ps. Facti sumus opprobriū vicinis nostris: et his q̄ in circuitu nostro sunt. Tertio in nobilitate cōsiderat̄ magna opinio quā homines de eis habēt. Et cōtra hoc dicit. Et ea que nō sunt. i. q̄ nō videtur esse in seculo: elegit deus ad predicationis officium Job. 30. Quorū virtus manuum erat mihi p̄ nihilo et vita ipsa putabant̄ idigni. Et hoc iō vt destrueret ea que sunt. i. eos q̄ in hoc mūdū aliqd esse vident. Esa. 23. Dominus exercituum cogitauit hoc vt detraheret superbiā ois glorie et ad ignominia deduceret vnīuersos iclitos terre.

**C**Deinde assignat cām dictoꝝ dicēs. (Iō nō elegit in seculo excellētes sed abiectos.) Ut non gloriē ois caro rē. i. vt nullus p̄ quacūq̄ carnis excellētia gloriētur per comparisonem ad dominum. Jere. 9. Non gloriētur sapiens in sapiētia sua et nō gloriētur fortis in fortitudine sua: et nō gloriētur diues i diuitijs suis. Ex hoc enīz q̄ deus mūdūz sue fidei subiecit nō per sublimes in mūdū siue in seculo: s̄z p̄ abiectos: nō pōt gloriari hō q̄ p̄ aliquā carnalē excellētiā saluatus sit mūdus. Uideret autē nō esse a deo excellētia mūdāna: si deus nō vteret̄ ad suū obsequiū. Et iō in p̄cipio q̄dem paucos: postremo vero plures seculariter excellentes deus elegit ad p̄dicationis officium. Uñ in glo. d̄ q̄ nisi fideliter p̄cederet piscator nō humiliter sequeretur orator et etiā ad gloriā dei p̄inet dūz p̄ abiectos sublimes in seculo ad se trahit.

**C**Deide cū dicit. (Ex ipso autē vos estis) ne p̄dicatores fidei tanq̄ nō excellētes: sed abiecti in seculo cōtēnerentur: ostēdit quō deus p̄dictū defectū in eis supplet. Et circa hoc tria facit. p̄mo ostēdit cui sit attribuēda salus mundi q̄ p̄dicatoꝝ ministerio facta ē dicēs. Dicitū ē q̄ vocati estis non p̄ excellētes s̄z p̄ abiectos in seculo. ex quo p̄z q̄ vestra cōuersio nō ē hōi attribuēda sed deo. De B̄ ē q̄ dicit. Ex ipso autē. i. ex virtute dei. Vocati estis in xp̄o iesu. i. ei iuncti et incorporati p̄ grām. Ephe. 2. Ipsius. n. factura sumus creati in xp̄o iesu in opib⁹ bonis.

**C**Deide ostēdit quō deus p̄dictos defectū i p̄dicatoꝝ suis supplet p̄ xp̄m: et p̄mo q̄ntū ad defectū sapie cū dicit. Qui. s̄. xp̄s fact⁹ ē nobis p̄dicatib⁹ fidez et p̄ nos oib⁹ fidelib⁹ sapia q̄ ei iherēdo q̄ ē dei sapia: et p̄cipādo ipm p̄ grāz sapiētes facti sum⁹ et B̄ a deo q̄ nobis xp̄m dedit et nos ad ip̄s traxit s̄m illud Jo. 6. Nemo pōt venire ad me nisi pater q̄ me misit traxerit eum. Deutero. 4. Dec ē vestra sapiētia et intellectus corā populis. Secūdo q̄ntū ad defectū potētie dicit. Et iusticia q̄ pp̄ sui fortitudinē thoraci p̄parat. Sap. 5. Induet p̄ thorace iusticia. Dicit autē xp̄s nobis fact⁹ iusticia in q̄ntus p̄ ei⁹ fidē iustificamur s̄z illud. Ro. 3. Iusticia autē dei p̄ fidē xp̄i iesu. Tertio quātū ad defectū nobilitatis subdit et sanctificatio et redēptio. Sanctificamur. n. p̄ xp̄m in q̄ntū p̄ eū deo cōiungimur in quo cōsistit vera nobilitas s̄z illud p̄mi Re. 2. Quicūq̄ honorificauerit me glorificabo eū: q̄ autē p̄temnūt me erūt ignobiles. Unde d̄ Heb. vltimo. Iesus vt sanctificaret p̄ suū sanguinē populū eū p̄ortam passus ē. Factus ē autē nobis redēptio iquātū p̄ ip̄s redempti sumus de seruitute peccati i quo vera ignobilitas cōsistit. Unde i. ps. d̄. Redemisti me deus vitatis. Tertio assignat dictoꝝ cām cū dicit. (Ut quēadmodū scriptū ē) Die. 9. Qui autē gloriā i duo gloriē. vbi nostra littera habet. In hoc gloriētur qui gloriā scire et nosse me. Dicit enīz. salus hoīs nō puenit ex aliqua excellētia humana: s̄z ex sola virtute diuina nō debet homini gloria sed deo. s̄z illud. ps. Nō nobis domie nō nobis: sed nomini tuo da gloriam Eccl. vltimo. Danti mihi sapiētiā dabo gloriāz.

CAP.

II.

Lectio.

I.

b 3



## Ad corinthios I.



**E**go cum venisset ad vos fratres veni non in sublimitate sermonis aut sapientie annuncians vobis testimonium christi. Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos nisi iesu christum: et hunc crucifixum. Et ego in infirmitate et timore et tremore multo fui apud vos: et sermo meus et predicatio mea non in persuasibilibus humane sapientie verbis: sed in ostensione spiritus et virtutis: ut fides vestra non sit in sapientia hominum: sed in virtute dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam vero non huius seculi: neque principum huius seculi: qui destruantur: sed loquimur dei sapientiam in mysterio: que abscondita est: quam predestinavit deus ante secula in gloriam nostram.

Postquam apostolus ostendit quod sit conveniens modus doctrine christiane: hic ostendit se illum modum observasse: et circa tria facit. primum ostendit se non fuisse visum apud eos aliquid excellentiam seculari. ostendit apud quos excellentiam spiritualem viderat ibi. (Sapientiam autem loquimur inter perfectos etc.) Tertio rationem assignat ibi. (Que etiam loquimur etc.) Circa primum tria facit. Primo dicit quod non ostendit apud eos excellentiam secularis sapientie. Secundo quod non pretendit excellentiam potentie secularis ibi. (Et ego in infirmitate.) Tertio non pretendit excellentiam eloquentie ibi. (Et sermo meus.) Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo rationem assignat ibi. (Non enim iudicavi.) Dicit ergo primo. quod dictum est quod christus misit me evangelizare non in sapientia verbi: et quod non sunt multi sapientes. Et ego fratres quibus sapientiam secularem habebam secundum illud 2. Cor. ii. Et si imperitus sermo: sed non scia. Cum venissem ad vos convertendos ad christum: ut habet act. 18. Veni enuncians vobis testimonium christi: sed illud act. 4. Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis domini nostri iesu christi: et hoc non in sublimitate sermonis aut sapientie. Attenditur autem sublimitas sapientie in consideratione aliquorum sublimitium et eleutorum supra rationem et sensum hominum. Ecc. 4. Ego in altissimis habitavi. Sublimitas autem sermonis potest referri vel ad verba significata sapientieceptiones: secundum illud Ecc. vlt. Verba sapientum quasi stimuli: et quasi clavi in altum defixi. Vel ad modum rationandi per aliquas subtiles vias. Nam in greco habet logos quod est verbum: et rationes significat: ut Hiero. dicit. Hoc autem dicit apostolus: quod fidem christi per hanc sublimitates sermonis aut sapientie confirmare volebat. primum Re. 2. Nolite multiplicare sublimitia.

Deinde huius rationem assignat dicens. (Non enim iudicavi me scire aliquid nisi christum iesum.) non enim ad hoc operatur ut sapientiam ostendat: sed ut demonstraret virtutem. secundum illud scbe 2. Cor. 4. Non enim predicamus nosmetipsos sed iesum christum. Et ideo solum utebatur his que ad demonstrandam virtutem christi pertinebant: existimans se ac si nihil sciret quam iesum christum. Die. 9. In hoc glorie et glorietur scire et nosse me. In christo autem iesu: ut dicit 2. Cor. 2. sunt omnes thesauri sapientie et scientie dei absconditi. Et quantum ad plenitudinem deitatis: et quantum ad plenitudinem sapientie et gratie: et etiam quantum ad profundas incarnationis rationes: quam tamen apostolus eis non annunciat: sed solum ea que erant manifestiora et inferiora in christo iesu. Et ideo subdit. Et hunc crucifixum quasi dicat. sic vobis me exhibui ac si nihil aliud sciret quam crucem christi. Unde Gal. vlt. dicit. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi. Quia igitur per sapientiam verbi euacua-

tur crux christi ut dictum est: ideo ipse apostolus non venerat in sublimitate sermonis aut sapientie.

Deinde cum dicit. (Et ego in infirmitate etc.) Ostendit quod non prederit apud eos potentiam: sed potius contrarium et foris et intus. Unde quantum ad id quod foris est dicit. (Et ego fui apud vos in infirmitate.) i. tribulationes apud vos patiens Gal. 4. Scitis quod per infirmitatem carnis evangelicavi vobis iam pridem. ps. Multiplicate sunt infirmitates mee. Quantum vero ad id quod intus est dicit. Et timore. s. de malis iminentibus. Et tremore: in quantum. s. timor interior redudat ad corpus. 2. Cor. 7. Foris pugne: intus timores.

Deinde cum dicit. (Et sermo meus.) Ostendit quod non pretulerit apud eos excellentiam eloquentie. Et circa hoc tria facit. Primo excludit idebitum modum predicandi dicens. Et sermo meus: quo. s. privatum et singulariter aliquos instruebam. Eph. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad edificationem fidei. (Et predicatio mea) qua. s. publice docebam. (Non fuit in verbis persuasibilibus humane sapientie.) id est per rhetoricas que componit ad persuadendum: ut. s. supra dixi quod non fuit intentio quod sua predicatio niteretur per rationibus: ita nunc dicit non fuisse sue intentionis niti rhetoricas persuasionibus. Esa. 33. Populum imprudentem non videbis populum alti sermonis ita ut non possit intelligere disertitudinem lingue eius in quo nulla est sapientia.

Secundo ostendit debitum modum quo usus fuit in predicando dicens. Sermo meus fuit in ostensione spiritus et virtutis. quod quidem potest intelligi dupliciter. Uno modo quantum ad hoc quod credentibus predicanti eius dabatur spiritus sanctus. secundum illud act. 10. Adhuc loquente petro verba hec cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Sic etiam suam predicationem confirmabat faciendo virtutes: id est miracula secundum illud. Mar. vlt. Sermone confirmate sequentibus signis. Unde gal. 3. Qui tribuit vobis spiritum et operatur in vobis. Alio modo potest intelligi quantum ad hoc quod ipse per spiritum sequebatur quod sublimitas et affluentia doctrine ostendit. 2. reg. 23. Spiritus domini locutus est per me. Et. 2. cor. 4. Habentes eundem spiritum fidei credimus propter quod et loquimur. Non firmat et suam predicationem ostendendo in sua conversatione multa opera virtuosa. i. thes. 2. Vos. n. testes estis et deus qui sancte et iuste sine querela vobis que credidistis affirmavit. Tertio assignat rationes dictorum dicens. (Ut fides vestra non sit in sapientia hominum.) i. non inita sapientie humane que plerumque decipit homines secundum illud. Esa. 47. Sapientia tua et scientia tua hec decipit te. Sed in virtute dei. ut. s. virtuti diuine fides innitatur et sic non possit deficere. Ro. 1. Non erubescit evangelium. Virtus enim dei est in salutem omni credenti.

Deinde cum dicit. (Sapientiam loquimur etc.) Ostendit apud quos excellentiam spiritualis sapientie viderat. Et primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum ibi. (Sapientiam vero.) Dicit ergo apud vos solum christum crucifixum predicavi. Sapientiam autem: id est profundam doctrinam loquimur inter perfectos. Dicitur autem aliqui perfecti dupliciter. Uno modo secundum intellectum. Alio modo secundum voluntatem. hec enim inter potentias anime sunt proprie hominis: et ideo secundum eos operum hominis perfectionem considerari. Dicitur autem perfecti intellectu illi: quorum mens elevata est super omnia carnalia et sensibilia. que spiritualia et intelligibilia capere possunt: de quibus dicitur hebr. 5. Perfectorum est solidus cibus: eorumque per consuetudinem exercitatos habet sensus ad discretionem mali et boni. Perfecti autem secundum voluntatem sunt: quorum voluntas super omnia temporalia elevata soli deo inheret et ei preceptis. Unde Mat. 5. propositis dilectionis mandatis subdit. Estote perfecti sicut et pater vester celestis perfectus est. quod igitur doctrina fidei ad ordinatam ut fides per dilectionem operetur. ut habet gal. 5. Necesse est enim quod in doctrina fidei instruitur non solum sed intellectum bene disponi ad capiendum et credendum: sed etiam voluntatem et affectum bene disponi ad diligendum et operandum.

Deinde cū dicit. (Sapientiam vō rē.) Exponit q̄lis sit sapia de q̄ mētionē fecit. Et p̄mo ponit expositionē. Sc̄do rōnez expōnis affirmat ibi. (Quā nemo p̄cipū rē.) Circa p̄mūz duo facit. P̄mo exponit q̄lis sit ista sapientia p̄ cōparationē ad fideles. Sc̄do p̄ p̄ationē ad fideles ibi. (S̄z logmur dei sapiāz rē.) Dicit ḡ p̄mo dictū ē q̄ sapiāz logmur iter p̄fectos. Sapientiam vō dico nō hui⁹ seculi. i. de reb⁹ secularib⁹. vel q̄ est p̄ rōnez humanas. Neq̄ etiā p̄cipū hui⁹ seculi r̄ sic separat eam a sapientia mūdāna r̄ quātum ad modum r̄ materiaz inquiredi: r̄ quātum ad actores q̄ sunt principes hui⁹ seculi q̄ p̄t̄ itelligi de triplici genere p̄cipū f̄z triplicem sapiām humanā. (P̄mo p̄t̄ dici p̄ncipes hui⁹ seculi reges r̄ potētes seculares f̄m illud. ps. P̄ncipes p̄uenerūt in vñū aduersus dñm r̄ aduersus xp̄z eius. A q̄b⁹ p̄ncipib⁹ venit sapia humanāz legū p̄ quas res hui⁹ mūdi i vita humana dispensant. Sc̄do p̄t̄ dici p̄ncipes demones. Jo. i. 4. Venit p̄nceps hui⁹ mūdi r̄ i me nō h̄z q̄c̄z rē. Et ab his p̄ncipib⁹ venit sapia culture demonū. s. nigromātia r̄ magice artes r̄ h̄z. Tertio p̄t̄ itelligi p̄ncipes hui⁹ seculi p̄bi q̄ q̄si p̄ncipes se exhibuerūt hoib⁹ in docēdo de q̄bus d̄r Esa. i. 9. Stulti p̄ncipes thaneos sapientes p̄siliary p̄baronis. Et ab his p̄ncipib⁹ p̄cessit tota humana p̄bia. Noz autē p̄ncipuz hoies destruiunt p̄ mortē r̄ p̄ amissionē p̄tatis r̄ auctoritatis demōes vō nō p̄ mortē: s̄z p̄ amissionē p̄tatis r̄ auctoritatis f̄m illud Jo. i. 2. Nūc p̄nceps hui⁹ mūdi eyciet foras de hoib⁹ aut̄ d̄r bar. 3. Ubi sunt p̄ncipes gentiū. Et postea subdit. Exterminati sunt r̄ ad inferos descēderūt. sicut ipsi non sunt stabiles ita r̄ eorum sapiētia nō potest esse firma. r̄ ideo nō ei innitendum est.

Deinde cū dicit. (Sed logmur rē.) Exponit q̄lis sit sapia p̄ cōparationē ad fideles. Et p̄mo describit eā q̄tū ad mās vel auctoritatē cū dicit. s̄z logmur dei sapiāz. i. q̄ est deus r̄ a deo. quāuis. n. ois sapia a deo sit vt d̄r Ecc. i. tñ sp̄ali q̄daz mō hec sapia q̄ est de deo ē et a deo p̄ reuelationē f̄m illud sap. 9. Sensuz aut̄ tuū q̄s sciet nisi tu dederis sapiām r̄ miseris spiritū tuū de altissimis. (Sc̄do oñdit q̄litate ei⁹ d̄i. cēs. In ministerio q̄ abscondita ē) hec. n. sapia abscondita ē ab hoibus in q̄tū hominū itellectū excedit. f̄z illud Ecc. 3. Plurima supra sensū hois ostēsa sunt tibi. Uñ d̄r Job. 28. Abscondita est ab oculis oīuz viuetiūz. Et q̄z modus docendi r̄ doctrine d̄z esse p̄ueniēs ideo d̄r q̄ loq̄t eam in ministerio. i. in aliquo occulto vel verbo v̄l signo. ifra. i. 7. Sp̄s loq̄t mysteria. (Tertio oñdit fructū hui⁹ sapiētie dicēs. (Quā deus predestinauit). i. preparauit in gloriā nostrā. i. predicatoz fidei: q̄bus ex p̄dicatione tam alte sapiētie gloria magna debet r̄ apud deū r̄ apud homines. puer. 3. Gloriam sapiētes possidebūt. de quo dicit. In gloriā vestram. exponendum est oīum fidelīuz quoz gloria hec est vt i ple na luce cognoscant ea q̄ nūc in mysterio p̄dicant. f̄m illud Jo. i. 7. Nec est vita eterna vt cognoscāt te solū deū verū r̄ quē misisti iesum xp̄m. **Lectio.** II.

**S**am nemo principum huius seculi cognouit. Si enī cognouissent: nūq̄ dominuz glorie crucifixissent. Sicut scriptum est q̄d oculus non vidit: nec auris audiuit. nec in cor hominis ascēdit que preparauit deus his qui diligunt illum. Nobis autē reuelauit deus per spiritum suum. Spiritus enī oīa scrutatur: etiam p̄funda dei. Quis enī scit hominuz que sunt hominis. nisi spiritus hominis qui in ipso ē. Ita r̄ que dei sunt nemo cognouit nisi spiritus dei. Nos autēz nō

spiritum huius mūdi accepim⁹: sed spiritū q̄ ex deo est: vt sciāmus q̄ a deo donata sunt nobis.

Posita expositio de sapiētia quā apostolus loquit̄ iter perfectos: hic rōnem assignat expositiois p̄dicte: r̄ p̄mo q̄tum ad hoc q̄ eam descriperat per cōparationem ad infideles. Sc̄do q̄tum ad hoc q̄ eā descriperat per cōparationem ad fideles. ibi. (Nobis autē reuelauit deus.) Circa p̄mūz duo facit. P̄mo p̄ponit q̄d itendit. Sc̄do p̄bat p̄positum ibi. (Si enim cognouissent.) Dicit ḡ p̄mo dictū est q̄ sapiētia quā logmur nō est p̄ncipuz huius seculi hec enīz sapientia est quam nemo principum huius seculi cognouit: q̄d verum est de q̄buscūq̄ p̄ncipibus itelligat. seculares enīz p̄ncipes hāc sapiētiaz nō cognouerūt. q̄z excedit rōnem humani regimīs. Job. i. 2. Qui imutat cor p̄ncipum populi terre r̄ decipit eos vt frustra incedāt p̄ inuū. P̄bi etiam eā nō cognouerūt. q̄z excedit rōnez humanā. Unde dicit̄ Bar. 3. Exquisitores prudētie r̄ sciētie viam sapiētie nescierūt. Demones etiā eaz nō cognoscūt. q̄z excedit oēm creatam sapiētia. Unde dicit̄. Job. 28. Volucres celi quoz q̄ latent. Perditio r̄ mors dixerunt. Auribus nostris audiimus famā eius.

Deinde cū dicit. (Si. n. cognouissent rē.) Probat q̄d dixerat: r̄ p̄mo q̄dem p̄bat p̄ signum q̄ nō cognouerūt p̄ncipes dei sapiētiam sc̄dm q̄ est in se abscondita. Sc̄do p̄bat p̄ auctoritatem q̄ nō cognouerūt eam f̄m q̄ preparata est in gloriā nostrā ibi. (Sicut scriptum est.) Dicit ergo p̄mo. recte dico q̄ p̄ncipes hui⁹ seculi dei sapiētia nō cognouerunt. si enīz cognouissent dei sapiām: cognouissent vtiq̄ xp̄m esse deum q̄ in hac sapiētia cōtinet̄ quo cognito nūq̄ crucifixissent deum glorie. i. ipm xp̄m dominū datem gloriā. suis f̄m illud. ps. Dñs virtutum ipse est rex glorie. Et Deb. i. 2. Qui multos filios in gloriā adduxerat. Lū enim creature rōnali sit nālīter appetibilis glia nō p̄t̄ i volūtatē humanā cadere q̄ actorē glorie iterimat. Q̄ autē p̄ncipes crucifixerint ihm xp̄m certum est si itelligat̄ de p̄ncipibus q̄ potestātē habēt iter hoies. Dicit̄ enim in. ps. Astiterunt reges terre r̄ p̄ncipes p̄uenerūt in vñum aduersus dñm r̄ aduersus xp̄m eius. q̄d Act. 4. exponit̄ de herode r̄ pilato r̄ p̄ncipibus iudeoz q̄ p̄senserūt in mortem xp̄i. S̄z etiam demones operati sunt in mortem xp̄i p̄suadēdo f̄m illud Jo. i. 3. Lū dyabolus iaz misisset vt euz traderet rē. S̄z r̄ pharisei r̄ scribe in lege periti q̄ studiū sapiētie dabāt operati sunt ad mortē xp̄i istigādo r̄ approbādo. Sed circa h̄ duplex oritur dubitatio quaz p̄ma est de hoc q̄ dicit̄ deū glorie crucifixū. Nō. n. diuinitas xp̄i aliqd potuit f̄m quaz d̄r xp̄s dñs glorie. Sed dicēdus q̄ xp̄s est vna p̄sona r̄ ypo stasis in vtraq̄ nā cōsistēs. diuina. s. r̄ humana. Uñ potest vtriusq̄ nāe noīe designari: r̄ q̄cūq̄ noīe significet: p̄t̄ p̄dicari d̄ eo id q̄d ē vtriusq̄ nāe. i. nec sup̄pōit nisi vna yposta sis. Et p̄ hūc modū possum⁹ dicere q̄ hō creauit stellas r̄ q̄ dominus glorie ē crucifix⁹: r̄ tamen nō creauit stellas f̄z q̄ homo. sed f̄m q̄ deus. nec ē crucifix⁹ f̄m q̄ est de⁹: s̄z in q̄tum hō. Uñ ex hoc verbo destruit̄ error Nestoz q̄ dixerat vñā nām esse in xp̄o dei r̄ hois: q̄z f̄m hoc nullo mō posset v̄ficari q̄ dñs glie sit crucifix⁹. (Sc̄da dubitatio ē de hoc q̄ v̄l supponere q̄ p̄ncipes iudeoz vel demones nō cognouerūt xp̄m eē deū. Et q̄dē q̄tū ad p̄ncipes iudeoz r̄ v̄l astrui p̄ h̄ q̄ dicit̄ Petrus Act. 3. Scio q̄z p̄ ignorātiā h̄ feceritis sicut r̄ p̄ncipes v̄l. videt̄ autē eē strarium q̄d d̄r Mat. 21. Agricole vidētes filiū dixerūt itra se: hic ē heres venite occidam⁹ eū. q̄d exponēs crisosto⁹ dicit. Manifeste dñs p̄bat his v̄bis iudeoz p̄ncipes nō p̄ignorātiāz sed p̄ inuidiam dei filium crucifixisse. Soluitur in glōsa: q̄ sciebāt p̄ncipes iudeoz eū esse q̄ p̄missus erat in lege. non tñ mysteriū eius q̄ filius dei erat. neq̄ sciebāt sacramētus

## Ad corinthios I.

icarnatiōis ⁊ redēptiōis. ¶ Sed p̄tra hoc eē v̄r q̄d crisos. di-  
cit. Q̄d cognouerūt eum esse filium dei. Dicendum est ergo  
q̄ p̄ncipes iudeorū p̄ certo sciebāt eum esse christum pro-  
missus in lege. q̄d populus ignorabat. ip̄m aut̄ eē verū filiū  
dei nō p̄ certo sciebāt: sed aliquāter cōiecturabāt. s̄z hec  
coniecturalis cognitio obscurabatur in eis ⁊ ex inuidia ⁊  
ex cupiditate p̄prie gl̄ie: quā p̄ excellentiā xp̄i minui vide-  
bāt. ¶ Sicut etiā v̄r esse de demonib⁹ dubitatio. Dicitur. n.  
Mar. i. ⁊ Luc. 4. Q̄d demoniū clamauit dicēs. Scio q̄ sis  
sanctus dei. Et ne hoc p̄sumptiōi demonum ascribat: q̄ se  
iactabāt scire q̄ nesciebāt: eorū noticiā: quā habebāt d̄ xp̄o  
p̄ ipsos euāgelistas asserit. In math. q̄dem sic scribit. Nō  
sinebat ea loq̄. s̄. demonia: quoniā sciebāt eū xp̄m eē. Et lu-  
cas dicit. Incepās nō sinebat ea loq̄: q̄ sciebant eum esse  
xp̄m. Et ad hoc respōdet in libro de questiōibus noui ⁊ ve-  
teris testamēti: q̄ demonia sciebāt ip̄m esse q̄ p̄ legem fuit  
repromissus: q̄ oīa signa videbant in eo q̄ dixerūt. p̄phete  
mysteriū aut̄ diuinitatis eius ignorabāt. ¶ Sed p̄tra hoc  
videt̄ esse q̄d athanasius dicit: q̄ demonia dicebāt xp̄s eē  
sanctū dei quasi singulariter sanctū. ip̄s. n. nāliter ē sanct⁹  
cuius p̄cipatiōe oēs alij sancti vocant̄. ¶ Dicēdum ē aut̄  
q̄ sicut crisos. dicit: nō habebāt aduētus dei firmā ⁊ certaz  
noticiā: sed quāsdā cōiecturas. Unde aug. dicit in. 9. de ci-  
uitate dei. q̄ innotuit oīdōib⁹ nō p̄ id q̄ ē vita eterna: s̄z p̄ q̄-  
dam tēporalia sua v̄tute effecta.

¶ Deide cū dicit. (Sed sicut scriptū est) p̄bat p̄ aucto-  
ritatez q̄ p̄ncipes huius seculi dei sapiētia nō cognouerūt  
q̄tum ad h̄ q̄ p̄destinata ē in gl̄iaz fidelium dicēs. (Sed sic  
scriptum ē.) Esa. 64. Ubi littera n̄ra h̄z. Oculis non vidit  
deus absq̄ te q̄ p̄pasi h̄z q̄ diligūt te. Q̄ndit̄ aut̄ illa glo-  
ria visionis aperte ab hoīb⁹ ignorari dupliciter. p̄rio q̄d  
q̄ nō subiacet humanis sensib⁹ a q̄bus oīs humana cogni-  
tio inuituz sumit. Et ponit duos sensus. p̄rio visionis q̄ de-  
seruit inuentioni cū dicit q̄ oculus nō vidit. Job. 28. Semi-  
tam eius ignorauit auris. nec truitus est eā oculus vulturis  
Et h̄ iō q̄ nō ē aliqd coloratū ⁊ visibile. ¶ Sc̄do p̄ōit sen-  
sus auditus q̄ deseruit discipline dicēs. nec auris audiuit. s̄.  
ipsaz gl̄iam. q̄ nō ē son⁹ aut vox sensibilis. Jo. 5. Neq̄ sp̄s  
ei⁹ vidistis neq̄ vocē eius audistis.

¶ Deide excludit noticiā eius intellectuāle cū dicit. (Neq̄  
in cor hominis ascēdit.) Q̄d q̄dem p̄t̄ intelligi. vno modo vt  
ascēdere in cor hoīs dicat̄ q̄d quocūq̄ mō cognoscit̄ ab  
hoīe. s̄m illud Jere. 51. Ierusalē ascēdat sup cor vestrū. ⁊ sic  
opz q̄ cor hoīs accipiat̄ p̄ corde hoīs carnalis. s̄m illud q̄d  
dicit̄ isra. 3. Luz sint iter vos celus ⁊ p̄t̄io nō ne carnales  
estis: ⁊ s̄m hoīem ambulatis: Est ergo sensus q̄ illa gloria  
nō solū sensu nō p̄cipit̄: sed nec corde hoīs carnalis s̄z illud  
Jo. 14. Quē mundus nō p̄t̄ accipere: q̄ nō videt eum nec  
scit eum. Alio modo potest exponi s̄z q̄d p̄prie dicit̄ in cor  
hoīs ascendere id q̄d ab inferiori puenit ad hoīs intellectu pu-  
ta a sensibilibus de q̄bus p̄s fecerat mētionem. Res enī  
sunt in intellectu s̄m modum eius. res igit̄ inferiores sunt in  
intellectu altiori mō q̄ in seipsis. Et ideo q̄n ab intellectu ca-  
piunt̄ quodāmodo i cor ascēdūt. Unde d̄ Esa. 5. Nō erūt  
in memoria priora nec ascēdūt sup cor. Illa vero q̄ sunt in  
intellectu superiora: altiori modo sunt in seipsis q̄ in intellectu  
Et iō q̄n ab intellectu capiunt̄: quodāmodo descēdūt. Jac. 1.  
De donum p̄fectum desursum est descēdens a patre lumi-  
num. q̄ igit̄ illius gl̄ie noticiā nō accipit̄ a sensibilib⁹ sed  
ex reuelatiōe diuina: ideo signāter dicit. Nec in cor hominis  
ascēdit: sed descēdit. id. s̄. q̄d preparauit deus: id est p̄destina-  
uit diligētibus se. q̄ essentialē premiū eternē gl̄ie chari-  
tati debetur s̄m illud. Jo. 14. Si quis diligit me diligetur  
a patre meo. ⁊ ego diligam eum ⁊ manifestabo ei meipsum.  
In quo perfectio eternē gl̄ie p̄sistit. Et Job. 36. Annūciat

de ea id est de luce gl̄ie amico suo q̄ possessio eius sit. Le-  
tere autem virtutes accipiunt efficaciam merēdi vitā eter-  
nam iquātum i formatur charitate.

¶ Deide cū dicit. (Nobis aut̄ rē.) p̄bat p̄dictā expōnez  
de sapia diuina p̄ p̄pationez ad fideles. Et p̄mo p̄ponit q̄d  
itēdit. Sc̄do p̄bat p̄positū ibi. (Sp̄s. n.) Dicit̄ ḡ p̄rio. di-  
ctū ē q̄ sapiāz dei nemo p̄ncipiū hui⁹ seculi cognouit. nobis  
aut̄ de reuelauit p̄ sp̄s suū: quē. s̄. nob misit. s̄m illd̄ Jo. 14.  
Paracletus aut̄ sp̄s sanctus quē mittet p̄r i noīe meo ille  
docebit vos oīa. Job. 31. Inspiratio oīpotētis dat̄ intelligen-  
tiā. Quia. n. sp̄s sanct⁹ ē sp̄s vitatis v̄tute a filio p̄cedēs  
q̄ ē veritas patris. his q̄b⁹ mittit̄ ispirat̄ veritatē sicut ⁊ fi-  
lius a patre missus notificat̄ patrē s̄z illud Mat. 11. Nemo  
nouit patrē nisi filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare.

¶ Deide cū dicit. (Sp̄s. n.) p̄bat q̄d dixerat. s̄. q̄ p̄ sp̄s san-  
ctum sit sapia fidelib⁹ reuelata. Et p̄mo oīdit q̄ sp̄s sanct⁹  
ad hoc sit efficac. Sc̄do p̄bat q̄ h̄ in discipulis xp̄i fecerat  
ibi. (Nos aut̄.) Circa p̄mū duo facit. p̄rio p̄ponit q̄d itē-  
dit. Sc̄do manifestat̄ p̄positū ibi. (Quis. n. scit hoīuz. rē.)  
Dicit ergo p̄mo. dictū ē q̄ p̄ sp̄m sanctuz reuelauit nobis  
deus suā sapiāz. ⁊ h̄ fieri potuit. Sp̄s. n. sanctus oīa scruta-  
tur: q̄d nō ē sic itelligēdū q̄si iquirēdo quō fiāt. s̄z q̄ p̄fecte  
⁊ etiā itima q̄rūlibet reruz nouit: sicut h̄o q̄d aliq̄n diligen-  
ter scrutatur. Vñ dicit̄ Sap. 7. Q̄ sp̄s itelligētie sanct⁹ ē  
oīa p̄spiciēs: ⁊ qui capiat̄ oēs sp̄s itelligibiles mundos  
subtiles ⁊ nō solum res creatas: sed etiā p̄funda dei perfe-  
cte cognoscit. Dicitur aut̄ p̄funda ea que in ipso latēt: ⁊ nō  
ea que de ipso per creaturas cognoscūtur: que q̄si superfi-  
cieten⁹ vidētur eē. s̄z illud Sap. 13. A magnitudine speciei ⁊  
creature cognoscibilis poterat creator eorū videri.

¶ Deide cū dicit. (Quis. n. scit hoīum) p̄bat q̄d dixerat  
de sp̄i dei per similitudinē humani sp̄s dicēs (Quis enīz  
scit hoīuz ea que sunt hoīs) i. ea que latēt in corde (nisi spi-  
ritus hoīs qui i eo ē) id est itellectus. Et iō que iteri⁹ latēt  
videri nō possunt. Signanter aut̄ dicit (Quis hominū) ne  
ab hoīz cognitiōe etiā deus videat̄ excludi. dicit̄ enī Jere.  
17. P̄t̄iū est cor hoīs: ⁊ quis cognoscer̄ illud: Ego deus p̄-  
bās corda ⁊ scrutās renes: q̄. s̄. secretorū cordis solus deus  
est cognitor. Manifesta aut̄ est rō quare h̄o ea q̄ i corde al-  
terius latēt scire nō p̄t̄: q̄ cognitio hoīs a sensu accipitur.  
⁊ ideo ea que sunt in corde alterius hō cognoscere non po-  
test: nisi quatenus per signa sensibilia manifestent̄. s̄m il-  
lud p̄mo Reg. 16. H̄o videt̄ que foris parent: deus autem  
intuetur cor. Sed nec angelus bonus nec malus ea que in  
corde hominis latent scire p̄t̄ nisi iquātum p̄ aliquos effe-  
ctus manifestent̄. cuius ratio accipi potest ex ipso v̄bo apo-  
stoli: qui dicit ea ratione sp̄m hoīs cognoscere q̄ in corde  
hominis latēt. q̄ in ipso hoīe est. angelus autem neq̄ bonus  
neq̄ malus illabit̄ menti humane vt in ipso corde hominis  
sit ⁊ intrinsecus operet̄. sed hoc solius dei p̄puz est. Unde  
solus deus est cōsciūs secretorū cordis hominis s̄z illud Job.  
16. Ecce. in celo testis meus ⁊ in excelsis consciūs me⁹. Ser-  
cundo similitudinē adaptat ad spiritū dei dicēs. (Ita ⁊ q̄  
dei sunt) id est que i ipso deo latēt: nemo cognoscit nisi spi-  
ritus dei s̄m illud Job. 36. Ecce deus magnus vincens sci-  
entiam nostram. Sed sicut ea que sunt in corde vnus ho-  
minis alteri manifestantur p̄ sensibilia signa: ita ea q̄ sunt  
dei possunt esse nota homini per sensibiles effectus. s̄m il-  
lud sap. 13. A magnitudine speciei ⁊ creature rē. Sed sp̄s  
sanctus qui est in ipso deo: v̄tute patri ⁊ filio p̄substātia-  
lis secreta diuinitatis per seipsum videt̄. s̄z illud sap. 7. Est  
enim in illa. s̄. dei sapiētia sp̄s itelligētie sanctus oēm ha-  
bens virtutem oīa p̄spiciens.

¶ Deide cū dicit. (Nos aut̄ rē.) Oīdit quō cognitio sp̄s  
sci p̄cipiat̄ dicēs: licz nullus hoīum p̄ se possit scire q̄ sunt

dei. Nos autē spū sancto. s. repleti nō accepimus spūm hui⁹  
mūdi: sed spūm qui a deo est. Nomine autē spūs vis quedā  
vitalis & cognitiua & motiua itelligitur. Spiritus ergo hu⁹  
ius mūdi potest dici sapientia hui⁹ mundi & amor mūdi  
quo impellitur homo ad agendū ea que mūdi sunt. hunc  
autē spūm sancti apostoli nō receperūt mundum abycien-  
tes & contēnentes: sed receperūt spūm sanctum quo corda  
eoz illuminata sunt & inflāmata ad amorem dei. fm̄ illud  
Joā. 14.° Paracletus autē spūs sanctus que mittet pater in  
nomine meo &c. Et Nu. 14.° Seruus meus caleph qui ple-  
nus est alio spū & secutus est me: introducat in terras hāc.  
Spūs autē h⁹ mūdi errare facit fm̄ illud Esa. 19. Dirūpēt  
spūs egypti i viscerib⁹ ei⁹ & psiliū ei⁹ pcipitabo. Ex dīno autē  
spū h⁹ cōsecuti sumus vt sciam⁹: q̄ a dō data sūt nob⁹ vt scia-  
mus de rebus dīnis q̄tuz vnicuiq; deus donauit: qz sicut  
dicit Ephe. 4. Unicuiq; data est gratia fm̄ mensuraz do-  
nationis christi. Vel potest itelligi spūm dei donatuz san-  
ctis vt dona spiritualia cognoscāt: que nō habētes eundez  
spūm ignorāt: fm̄ illud Apocal. 2.° Vincenti dabo māna ab-  
sconditum qd̄ nemo scit nisi qui accipit. Ex hoc autē acci-  
pi potest qz sicut nemo nouit patrem nisi filius & cui volue-  
rit fili⁹ reuelare. vt dicit Mat. ii. Ita nemo nouit que sūt  
dei patris & filij nisi spūs sanctus & qui ip̄s acceperūt. & hoc  
ideo: qz sicut filius cōsubstantialis est patri ita spūs sanctus  
patri & filio.

¶ Lectio.

III.

**Q**ue & loquimur nō in doctis huma-  
ne sapientie verbis: s; in doctrina spi-  
ritus. spiritualib⁹ spiritualia compa-  
rantes. Animalis autem homo non  
percipit ea que sunt spiritus dei. Stulticia enī  
est illi: & non potest itelligere: qz spiritualiter  
examinatur. Spiritualis autē iudicat omnia:  
& ipse a nemine iudicatur: sic scriptū est. Quis  
enim cognouit sensum domini: aut quis instru-  
xit eum: Nos autē sensum xp̄i habemus.

¶ Dixerat supra apostolus. sapiam loquimur iter pfectos.  
Postq; ergo māifestauit qualis sit hec sapia: qz mūdānis  
hoib⁹ icognita: cognita autē sanctis. h̄ manifestat qua rōne  
hāc sapiam sancti iter pfectos loquuntur. Et pmo ppo-  
nit quod itendit. Secūdo assignat rationē ibi. (Aialis autē  
homo &c.) Circa p̄mū pmo pponit reuelatoz manifesta-  
tionē dicēs. Dicitur est qz spūm dei accepimus vt sciamus  
que a deo donata sunt nobis. que. s. nobis per spūm reuela-  
ta sunt loquimur. Sunt enī eis reuelata ad vtilitatē. Unde  
& Act. 2. dicitur. Repleti sunt omnes spū sancto & ceperūt  
loqui. ¶ Secūdo tāgit modū enarrādī excludēs modū  
icōuenientē dicēs. (Nō in doctis humane verbis sapie.)  
i. nō nitimur ad pbādāz nostram doctrināz per verba cō-  
posita ex humana sapiētia: siue q̄tum ad ornātū verborū  
siue q̄tum ad subtilitatē rōnuz. Esa. 33. populum alti ser-  
monis nō videbis. Astruit enī modū cōuenientē. cuz di-  
cit. (Sed in doctrina spūs.) i. put spūs sanctus nos loquē-  
tes iterius docet & auditorz corda ad capiendū illustrat.  
Joā. 16. Luz venerit ille spiritus veritatis docebit vos oēs  
veritatē. ¶ Tertio determinat auditores dicēs. (Spiri-  
tualibus spūalia cōparates.) q. d. recta comparatione spi-  
ritualia documenta tradimus spiritualibus viris quibus  
sunt cōuenientia. scēdo Thimo. 2. Nec cōmenda fidelibus  
viris qui ydonei erūt & alios docere. Eosde; autē hic noiat  
spūales quos supra pfectos: qz p spūm sc̄m hoies pficiunt  
in virtute: fm̄ illud ps. Spūs oris eius ois v̄tus eoz.

¶ Deinde cum dicit. (Aialis &c.) Assignat rōnem dictozū,

& pmo ostendit quare spiritualia non sunt tradēda aialis  
hominibus. Secūdo quare sunt tradēda spūalibus. ibi.  
(Spūalis &c.) Circa p̄mū duo facit. P̄mo ponit rōnez.  
Secūdo manifestat eaz ibi. (Stulticia enī &c.) Ratio er-  
go talis est. Nulli sunt tradēda documēta que capere nō  
potest: sed hoies aiales nō possunt capere spūalia documē-  
ta. ergo nō sunt eis tradēda. hoc est ergo qz dicit. (Anima-  
lis homo &c.) Et ideo recta rōne nō possunt tradi eis. Ubi  
p̄mo cōsiderādū est quis homo dicatur aialis. Est ergo cō-  
siderandū qz aia est forma corporis. Unde pprie aie itel-  
liguntur ille vires que sunt actus corporaliūz organoz. s.  
vires sensitivē. Dicunt ergo hoies aiales qui h̄ vires se-  
quuntur: iter quas est vis apprehēsiua & appetitiua. & ideo  
potest dici homo dupl̄ aialis. Uno modo q̄tum ad vim  
apprehēsiuā & hic dicitur aialis sensu qui sicut dicitur in  
Hlo. de deo iuxta corporūz fantasiaz vel legis litteraz vel  
rōnem philosophicaz iudicat: que s; vires sensitivas acci-  
piuntur. Alio modo dicitur quis aialis q̄tuz ad vim appe-  
titiuā: qui. s. afficitur soluz ad ea que sunt fm̄ appetitū sen-  
sitivum: & talis dicitur aialis vita qui sicut dicitur in Hlo.  
sequitur dissolutaz lasciuiaz anime sue quas inter natura-  
lis ordinis metas spiritus rector nō cōtinet. Unde dicitur  
in canonica Jude. Hi sunt qui segregāt semetipos anima-  
les spūm nō habētes. ¶ Secūdo autē videndū quare ta-  
les nō possunt percipere ea que sunt spūs dei: qd̄ quidē ma-  
nifestū est: & q̄tum ad aialem sensum & q̄tum ad aialem vi-  
tam. Ea enī de quibus spūs sanctus illustrat mētem sunt  
supra sensūz & rōnem humanā: fm̄ illud Ecclē. 3. Plura su-  
pra sensum hois ostensa sunt tibi. & ideo ab eo capi nō pos-  
sunt qui soli cognitioni sensitivē inicitur. Spūs etiaz san-  
ctus accēdit affectuz ad diligēdum spūalia bona: sensibili-  
bus bonis cōtemptis. & ideo ille qui ē aialis vite nō potest  
capere h̄ spūalia bona: qz p̄hs dicit in. 4. ethicoz. qz qua-  
lis vnusquisq; est talis finis videt ei. puer. 18. Non recipit  
stult⁹ verba prudētie: nisi ei dixeris que versant in corde  
ei⁹. Ecc. 22. Lū dormiētē loquitur qz narrat sapiāz stulto.

¶ Deinde cum dicit. (Stulticia enī &c.) Manifestat qd̄ di-  
xerat per signūz. cum enī aliquis aliqua sapiēter dicta re-  
probat quasi stulta: signūz est qz ea nō capiat. Quia igitur  
aialis homo ea que sūt spūs dei reputat stulta. ex hoc ma-  
nifestatur qz ea nō capit. Et hoc est qz dicit. Stulticia enī  
est illi. s. aiali. Iudicat enī esse stulta que fm̄ spūm dei agū-  
tur. Ecc. 10. In via stultus ambulās cū ipse sit ispiens oēs  
stultos estimat. Quia autem homini aiali que fm̄ spūm sunt  
vidētur stulta: nō pcedit ex rectitudine sensus: sicut sapiē-  
tes aliqua iudicāt esse stulta que stultis vidētur sapia. pro-  
pter defectūz itellectus: qz homo sensui deditus nō potest  
itelligere ea que supra sensum sunt & homo carnalib⁹ affe-  
tus nō itelligit esse bonū nisi qd̄ est delectabile fm̄ carnē.  
Et hoc est qd̄ seq̄. Et nō pōt itelligere. ps. Nescierūt neq;  
itellerūt in tenebris ambulāt. Quare autē nō possit itel-  
ligere ostēdit subdēs. (Qz spūaliter examinatur.) i. spiri-  
tualiūz examinatio fit spūaliter. nūq; enī inferior pōt exami-  
nare ea q̄ sunt superioris: sic sensus nō pōt exami-  
nare ea q̄ sunt itellect⁹. & sicut neq; sensus neq; rō humana  
pōt iudicare ea q̄ sunt spūs dei. & ita relinquit qz h̄ solo spi-  
ritu sc̄o examinant. fm̄ illud psalmiste. Eloquia dñi igne  
examinata. probata. s. a spū sancto. Qz ḡ aialis homo caret  
spiritu sancto non potest spiritualia examinare. & per cōse-  
quens nec ea itelligere.

¶ Deinde cum dicit. (Spiritualis autē iudicat omnia &c.)  
Assignat rōnem quare spūalibus spiritualia tradantur. et  
p̄mo ponit rationē. Sc̄do manifestat eam ibi. (Quis enī  
nouit.) Assignat autē talem rōnem. Illi tradēda sunt spi-  
ritualia qui potest iudicare: fm̄ illud. Job. 12. Auris ver-

## Ad corinthios I.

ba diiudicat: sed spiritualis est h̄s. ergo ei spiritualia sunt tradēda. et hoc est qd̄ dicit. Spiritualis enīz diiudicat oīa et ipse a nemine iudicatur. ¶ Ubi p̄mo vidēdum est quis homo dicatur spiritualis. Est autem notandus qd̄ spiritus nominare p̄sueuimus substātiās incorporeas: quia igitur aliqua pars anime est: que nō est alicuius organi corporei actus. s. pars intellectiua comprehendēs intellectum et volūtatem: huiusmodi pars anime spiritus hominis dicit̄: que tamē a spiritu dei et illuminatur s̄m intellectum: et inflāmur s̄m affectum et voluntatem. Dupliciter ergo dicitur homo spiritualis. Uno modo ex parte intellectus spiritu dei illustrāte. Et s̄m hoc in Glosa dicitur qd̄ homo spiritualis est qui spiritui dei subiectus certissime ac fideliter spiritualia cognoscit. Alio modo ex parte volūtatis spiritu dei inflāmate. et hoc modo dicitur in Glosa qd̄ spiritualis vita est qua spiritus dei habens rectorem animam regit. i. animales vires. Gal. vltimo. Vos q̄ spirituales estis instruite huiusmodi r̄c. ¶ Secūdo cōsiderādus est: quare spiritualis diiudicat omnia et ipse a nemine iudicatur. Ubi notandum est qd̄ in omnibus ille qui recte se h̄z rectus iudicium habet circa singula. Ille autē qui in se rectitudinis defectū patitur: deficit etiam in iudicando. vigilās enī recte iudicat et se vigilare et alium dormire: sed dormiēs nō habet rectum iudicium de se nec de vigilāte. Unde nō sunt res tales quales vidētur dormiētī: sed quales vidētur vigilāti. Et eadem ratio est de sano et ifirmo circa iudiciū sapientis: et de debili et forti circa iudiciū ponderis: et virtuoso et vicioso circa agibilia. Unde et philosophus dicit in q̄nto ethicoz. Qd̄ virtuosus est regula et mēsurā omniū humanorum. quia. s. in rebus humanis talia sunt singularia quā virtuosus iudicat ea esse. et h̄z hūc modū apostolus hic dicit qd̄ spiritualis iudicat omnia. quia. s. homo habens intellectum illustratus et affectum ordinatum per spiritum sanctum de singulis que pertinet ad salutē rectus iudiciū habet. Ille autē qui nō est spiritualis habet etiam intellectus obscuratus et affectum iordinatum circa spiritualia bona. et ideo ab hoīe nō spirituali spiritualis homo iudicari non potest sicut nec vigilās a dormiēte. Quātus ergo ad p̄mū hoz dicitur Sap. 3. Qd̄ iudicabūt iusti nationes. ¶ Quantum ad 2<sup>m</sup> dicitur. infra. 4. Mibi pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab humano die.

¶ Deinde cuius dicit. (Quis enī nouit r̄c.) Manifestat rōnē iudicatis. et p̄mo iudicat auctoritatē. Secūdo adaptat ad p̄positū ibi. (Nos autē r̄c.) Est autē cōsiderādū qd̄ ad hoc qd̄ aliquis possit de aliquo hoīe iudicare duo requirūt. P̄mo vt iudicās cognoscat ea que sunt iudicati: qd̄ vt dicit p̄mo ethicoz. Unusquisq̄ bñ iudicat que cognoscit et horus est optimus iudex. Ex quo patet qd̄ sensus. i. sapiās dei omnia iudicātem nullus possit diiudicare. ideo dicit. quis enī nouit sensum dñi. quasi dicat nullus. qd̄ sapiā dei excedit oēs cupiditatem hominis. Ecc. p̄mo. Sapiam dei precedētes omnia quis inuestigauit. Sap. 14. Sensum autē tuū quis scire poterit: nisi tu dederis sapiam. Sc̄do requiritur qd̄ iudicās sit superior iudicato. Unde dominus habet iudiciū de seruo. magister de discipulo. Ex quo etiam patet qd̄ nullus potest sensus dei iudicare. propter quod sequitur. Aut quis instruxit eum: Quasi dicat nullus. Non enim habet sciam ab aliquo acceptam: sed potius fontes oīs scie. Job 26. Cui dedisti cōsiliū: forsitan ei qui nō habet sapiam. Videntur autem verba hec assumpta ex eo quod dicitur Esa. 4. Quis adiunxit sp̄m dñi aut qd̄ p̄siliarius eius fuit. et ostendit illi. cum quo inyt cōsiliū et instruit eum.

¶ Deinde adaptat quod dixerat ad p̄positū dicēs. (Nos autem) scilicet spirituales viri. (Sensūs christi habem⁹.) id est recipimus in nobis sapiētiam christi ad iudicādum.

Eccle. 17. Creauit illis sciētiam spiritus sensu adimplenit corda illoz. Luc. vltimo. Dicitur qd̄ aperuit illis sensus vt intelligerent scripturas: et ita quia sensus christi diiudicari non potest. cōueniēs est qd̄ spiritualis qui sensus christi habet a nemine iudicetur. CAP. III.



**E**go fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus: sed q̄si carnalibus. Tanq̄ paruulis in christo lac vobis potum dedi non escam. Nōdum enim poteratis: sed nec nūc quidē potestis. Adhuc enīz carnales estis. Cum enim sit inter vos zelus et contentio: nōne carnales estis et s̄m hominē ambulatis. Cū enim quis dicat. Ego quidem sum pauli. Ali⁹ autē ego apollo. nonne homines estis? Quid igitur ē apollo? Quid vero paulus? Ad ministri eius cui credidistis. Et vniciq̄s sicut domin⁹ dedit. Ego plantaui. apollo rigauit. sed deus nunc incrementum dedit. Itaq̄ neq̄ qui plantat est aliquid neq̄ qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Qui autem plantat et qui rigat vnum sunt.

¶ Supra apostolus ostenderat errorem corinthioz qui propter ministros christi a quibus baptigati et docti erant adinticem disceptabant. hic incipit eozum iudiciū quod habebant de ministris improbare ex quo iudicio contentiones in eis procedebant. Et circa hoc duo facit. P̄mo improbat eozum iudiciū quātum ad hoc qd̄ quibusdam ministroz de quibus gloriabantur plus attribuebant q̄s deberent. Secūdo quātum ad hoc qd̄ alios christi ministros contēnebant. quarto capitulo. ibi. (Sic nos existimet homo.) Circa p̄mum duo facit. P̄mo ostēdit detrimentum quod patiebantur propter contentiones ex peruerso iudicio prouenientes. Secūdo improbat eoz peruersum iudiciū. ibi. (Quid igitur est apollo.) Circa p̄mum duo facit. P̄mo ponit detrimentum quod hactenus passi erant propter eozum defectum. Secūdo ostendit qd̄ adhuc idem patiuntur ibi. (Sed nec nūc quides.) Circa p̄mum tria facit. P̄mo ponit detrimentum quod hactenus passi erāt propter eozum defectum. dixerat enī supra qd̄ apostoli quidem spiritualia documenta spiritualibus tradebant que animales homines percipere nō poterāt quod eis adaptat dicens. (Et ego fratres qui.) s. inter alios apostolos spiritualibus spiritualia loquor. Non potui: scilicet cōueniēter vobis loqui quasi spiritualibus: vt scilicet traderem vobis spiritualia documēta. Sed q̄si carnalibus: scilicet locutus sum vobis: eosdem enim carnales dicit quos supra animales: quibus oportet tradi ea que sunt infirmitati eozum accōmoda. Esaia. 28<sup>o</sup>. Quem docebit scientiam et quem itelligere faciet auditum. Ablatos a lacte auulsos ab yberibus: id est a carnali conuersatione et sensu. Secūdo adhibet similitudinem dicens. (Tanq̄ paruulis in christo.) id est parum adhuc introductis in perfectam doctrinam fidei que spiritualibus debetur. Deb. 5. Dis qui lactis est particeps expers est sermo: nūc iusticie. paruulus enī est: perfectoz autē est solidus cib⁹. Tertio rōnes assignat ne credatur ex inuidia eis sp̄ualē doctrinā subtraxisse cōtra quod dicitur Sap. 7. Quā sine fideiō didici et sine inuidia cōico. Uñ subdit. (Nōdū enīz poteratis.) quasi dicat nō subtraxi vobis escā p̄pter meā: s̄z p̄pter yestrā impotētiam: quia verba spiritualia nōdum

bene poteratis capere: fm illud Jo. 16. Adhuc multa hēo vobis dicere: sed nō potestis portare modo.

**C** Superius multipliciter probauit quod sibi licet accipere sum- ptus. hic ostendit quod nihilominus non vult accipere. sed abstinere tribus rationibus. Primo propter intentionem primam. Secundo propter dilectionem euangelii ibi. (Nam cum liber esset ex omni- bus etc.) Tertio propter expeditionem cursus sui ibi. (Nescitis quod hic in stadio currunt.) In prima primo dicit. quare non vult accipere. sine gloria sua euacuet. Secundo ostendit quod accipiendo euacuaretur ibi. (Nam si euangelizauero non est mihi gloria etc.) Tertio quod non accipiendo conseruabit ibi. (Que est ergo merces mea etc.) In prima primo ostendit quod potestate accipiendo uti noluit. Secundo quod uti non intendit ibi. (Non autem scripsi hoc ut etc.) Dicit ergo. (Ego autem etc.) quasi dicat. tot modis constat quod licet mihi sumptus accipere. sed tamen ego nullo horum auctoritate. ratione. exemplo. ad accipiendum usus sum. Ipse enim vel ab aliis ecclesiis accipiebat. ut 2<sup>o</sup> Cor. 11. Alias ecclesias spoliaui etc. vel manibus operabatur. Act. 20. Non autem etc. Quasi. d. Non sum usus sed nec uti volo. Non enim scripsi hec. s. quod licet mihi accipere uti ita fiat in me sicut scripsi. i. ut ego accipiam. quia non quero datum. sed fructum.

**C** Deinde cum dicit. (Bonum est enim mihi etc.) hic ostendit quare hoc fecit. sine gloria sua euacuetur. Ubi primo mul- tiplicat afflictionem corporalem. Secundo supponit ei glorie di- minutionem ibi. (Quia ut gloriam etc.) Dicit ergo. (Bonum est etc.) quasi diceret non accipiam. nam si accipere gloriam meam euacuare quod nullatenus faceret. Bonum est enim mihi mori. non solum sumptuum egestate affligi magis quam ut gloriam meam quas ha- beo de gratuita sinceritate predicationis de primo supero- gationis. abstinendo a vitis quis euacuet ab aliquo importu- ne accipiendo. vel propter sumptus euangelicos. Multi tamen moderni doctores gloriam istam euacuant vel propter in- tentionem sumptuum vel propter fauorem humanum dicens. Job 12. Ducit sacerdotes inglorios et optimates supplantat. **C** Notandum est hic quod gloria amittit septupliciter propter se- pe vitia. Nam gloria gulosorum euacuat. Unde beatus dr. Bonus est enim mihi magis etc. Gloria luxuriosorum maculat. Eccl. 27

Inclinasti femora tua mulieribus. dedisti maculā in gliaz tuam. Hlia supboz captiuat. p. Machab. z. Uafa glie ei captiua ducta sunt. Hlia iracundoz itermittit. ps. Si red didi retribuētib' mibi mala rē. Et post. Persequat' inimicus aiaz meā rē. Et post. Et gliaz meā in puluere deducat. Hlia inuidoz excludit. Ro. 3. Ubi ē glatio tua. Hlia auaroz annihilat. ps. Ne timuer' cū diues fact' fuerit hō rē. Hlia accidiosoz culpā. p. Macha. 9. Noziamur in v̄tute pp frēs nros r non inferam' crimen glie nre. Eccl. 13. Preceles esto opib' tuis r ne oderis maculā in glia tua. Ergo p gulā euacuat glia sobrietatis. p luxuriā maculat glia castitatis. p supbiā captiuat glia hūilitatis. p iracundiā intermittit glia mansuetudinis. p inuidiā excludit glia charitatis. p auariciā annihilat glia liberalitatis. p accidiā culpatur glia strenuitatis. De istis dī Osce. 4. Hliam eozuz in ignominia mutabo. De pmo exēplū in Esau. Heñ. 25. In Dolofeme. ii. Judith. 13. De 2. in Salomone. terty' Regū. ii. De 3. in Lucifero. Esa. 14. De 4. in achitofel. z. Regū. 16. De 5. in Lhain. Heñ. 4. De 6. in Dieci. 4. Reg. 5. De 7. in exploratorib' Nui. 13. z. 14. Nā r si euangelicauero rē. Dic ondit q accipiēdo sumpt' euacuaret glia ei. qz n̄ sup̄erogaret. Et ē sua rō talis. Hlia q̄ ē p̄miū superogatiōis non debet opib' necitatis. ad q̄ tenemur ex p̄cepto. s̄ euangelicare tenebat ex p̄cepto. q̄ ex h̄ non hēbat gliam superogationis. s̄ pot' ex h̄ q̄ non accipiebat sumpt'. p̄ q̄ t̄git glie euōnē. Sc̄do euōnis rōnez ibi. (Necitas. n. mibi rē.) Terty' rōnis d̄claratiōe ibi. (Ue. n. mibi ē rē.) Quarto recte euangelicantiū mercedē ibi. (Si volens h̄ ago rē.) Dic g. (Nā si euangelicauero rē.) q̄si diceret v̄ euaret glia mea. nā si euangelicauero ita q̄ sumpt' accipiā non ē mibi glia. i. superogatiōis p̄miū. necitas. n. p̄miū incūbit. Act. 13. Uade qm̄ ad natiōes lōge mittā te. Et v̄e necitas. Ue. n. mibi ē. i. pena transgressionis in me manet si non euangelicauero. Esa. 6. Ue mibi. qz tacui. Alr legi' fm̄ h̄o. Et h̄ duplr. p̄rio mō sic. (Nā si rē.) q. d. vtiqz euaret glia mea celest' .i. si iō pdicare vt sumpt' acciperē. Nā si euangelicauero tm̄ ita q̄ nō ex dilectiōe dei r p̄xiū h̄ faciā nec libera volūtatē nō ē mibi glia ap̄ deū. Necitas. n. p̄cepti qd̄ nō audeo omittēre mibi icūbit. vñ si solo timore fuili pdico. v̄e enī. i. eterna d̄natio mibi ē si nō euangelicauero sic mibi inūctū ē (Si at volēs rē). Q. d. si necitate h̄ facio nō est mibi glia. si aut volēs h̄ ago. i. si volūtatē adiungo necitanti mercedē eternā habeo. iō psalmista dicit. Volūtariē sacrificabo tibi r cōfitebor rē. Si aut inuitus. i. solo precepto coact' euāgelio disp̄satio mibi credita ē sic seruo. vt .i. disp̄sem ad alioz utilitatē nō meam. q. d. alyz pficio nō mibi. Intelligit. n. h̄ de disp̄satiōe serui nō filiali. fm̄ h̄o. Aug. Nemo inuitus bñfacit r si bonū est qd̄ facit. ifra. 13. Si charitatē nō habuero factus suz velut es sonans rē. Secūdo mō legi' sic. Nā si euangelicauero p̄ sumptib' accipiēdis nō ē mibi glia de superogatiōe in pdicādo. Peto enī cōtra me. Mat. 10. Gratis accepistis gratis date. necessitas enī vite sustentāde mibi icūbit. qz p̄ necessitate vite pdico. Ue enī mibi est. i. famis turbatio si nō euangelicauero. Si aut volēs. i. si nō p̄ victus necessitate. s̄ p̄ charitate h̄ ago mercedē eternā habeo. si aut inuitus. i. necessitate coactus disp̄satio mibi credita est sic seruo rē.

Deide cum dicit. (Que est ḡ merces mea rē.) Dic ondit q̄ nō capiēdo sumptus gloria ei' cōseruat. Ubi p̄mo q̄rit. sc̄do soluit ibi. (Ut euāgelii pdicās rē.) Dicit g. (Que est merces mea.) i. qd̄ faciēdo mercedē accipias. qz h̄ est meritū mercedis. vt. i. ego pdicās euāgelium sine sumptu ponam. i. stabiliāz euāgelium. Esa. 28. Ponet triticū per ordi q̄ rē. Hoc autē faciebat. fm̄ h̄o sam ne euāgelium venale putaret. sine sumptu inq̄. r h̄ vt nō abutar potestate meā

.i. mibi cōmissa in euāgelio pdicādo. quod esset si acciperem idistincte. qz perderē auctoritatē libere arguēdi. quia Eccl. 20. Exenia r dona excecāt oculos iudicū. r quasi mutus in ore auertēt correptionē. Ecclesiastica ergo vtilitas implicatur in hac solone. s̄ cōfirmatio boni. qz vt euāgelii pdicās. r declinatio mali. qz ne abutar potestate. Et notanduz q̄ quattuor tetigit d̄rias eoz q̄ tenent pdicare. Quidā enī tenent. sed nō euāgelicāt h̄ merent penā. Quidā tenent r euāgelicāt. sed coacti. h̄ nō merent mercedē. s̄ vitāt penā. Quidā tenent r euāgelicāt volūtariē. s̄ accipiūt sumpt'. r h̄ merent mercedē r vitāt penā. sed nō habēt superogatiōis gliam. Quidā tenent r euāgelicāt volūtariē nec accipiūt sumptus. r h̄ mercedē merēt r vitāt penam r habēt superogatiōis gliam. p̄miū statum t̄git ibi. (Ue mibi est rē.) sc̄do ibi. (Nā si inuitus rē.) tertyū ibi. (Si autem volēs rē.) quartū ibi. (Que est ḡ merces rē.)

Lectio.

III.



**N**am cū liber essem ex omnibus: omnium me seruum feci: vt plures lucrificerem. Et factus sum iudeis tanq̄ iudeus: vt iudeos lucrarer. His qui sub lege sunt: quasi sub lege essem: cū ipse non essey sub lege: vt eos qui sub lege erant lucrificerēz. His qui sine lege erant tanq̄ sine lege essem: cū sine lege dei non essem: sed in lege essey christi: vt lucrificerēz eos qui sine lege erant. Factus suz infirmis infirmus: vt infirmos lucrificerē. Omnibus omnia factus suz. vt omnes facerē saluos. Omnia autēz facio propter euāgelium: vt particeps eius efficiar.

Superius ostēdit q̄ nō vult sumptus accipere: r hoc p̄pter ifectionē p̄miū. hic ostēdit q̄ idē fecit p̄pter amozē euāgelii. Ubi p̄mo dicit. q̄ omnium se seruum fecit. Secūdo q̄ oibus se cōtemperare studuit ibi. (Et factus sum iudeis rē.) Terty' subdit cām. quare hoc fecit ibi. (Dia aut facio p̄pter euāgelium rē.) In p̄ma iplicat triplicē r̄ditionem cōmendabilē in seruitio que sunt generalitas liberalitas. vtilitas. Seruit ergo gratis siue liberali ibi. (Cum liber essem rē.) Generali ibi. (Omnium me rē.) Utiliter ibi. (Ut plures lucrificerem rē.) Dic g. (Nāz cū essey rē) Quasi dicat sine sumptu ponā euāgelium. nā r maius feci. s̄ cum liber essem ex omnibus. i. nullius meritis obnoxius omnium me seruus feci oibus me cōtempando p̄ vtilitatē r quasi debitorē cōstituēdo. z. Lor. 4. Nos aut seruos vestros p̄ iesuz. r hoc vt plures lucrificerē. i. lucroz mee pdicationis r seruitutis facerē. Querebat. n. nō res. s̄ aias. z. Lor. 12. Nō quero vestra s̄ vos. Si. n. cōmendabile est seruire in temporalibus p̄pter lucrū tēporale. q̄to plus in sp̄ritualibus p̄pter lucroz sp̄uale.

Deide euz dicit. (Et factus suz iudeis rē.) Dic ostēdit q̄ oibus se cōtemperare studuit. Et p̄mo dicit q̄ cōtemperauit se nōdū cōuersis. z. q̄ etiaz iaz cōuersis ibi. (Fact' suz ifirmis rē.) z. q̄ generaliter vniuersis ibi. (Oibus oia factus sum rē.) In p̄ma p̄mo dicit q̄ cōtemperauit se iudeis. sc̄do q̄ samaritanis ibi. (Et his qui sub lege rē.) Terty' q̄ gentilibus ibi. (His qui sine lege erant rē.) In p̄ma p̄mo tangit cōtemperationēz. Secūdo cōtemperationis ratio nez ibi. (Ut iudeos rē.) Dic ergo. Et fact' suz iudeis tanq̄ iudeus. s̄ aliqua legalia seruando sicut in discretionē ciuoz. in circūcisione thimothei. Act. 15. In purificatione legali. Act. 21. Potest aut hoc itelligi duplr. Uno modo fm̄ Dieronymū. Factus sum iudeis tanq̄ iude' p̄ simulatoriā

## Ad corinthios I.

dispensatione. Simulabat enim se suare legalia aliqua se non seruabat. Alio modo secundum Augustinum. Factus sum iudeis etc. Vere enim descendebat eis in obseruatione aliquorum legalium propter piam compassionem. et hoc fecit ut iudeos lucraret christo. id est eos ad fidem christi conuerteret.

**Deide cum dicit.** (Et his qui sub lege sunt etc.) Dicit dicit quod contemperabat se samaritanis. Ubi notatur tria de ipso. Primo eius sagacitas in hoc quod se contemperabat. Secundo eius libertas in hoc quod sub lege non erat. Tertio eius utilitas in hoc quod lucrificiebat. Dicit ergo sum et his qui sub lege moysi sunt. id est samaritanis qui non sunt iudei: sed assyrii qui fuerunt adducti ad inhabitandum terram israel. 4. reg. 17. Ipsi et erant sub lege moysi: quia tamen quingentos libros moysi recipiebant. his ergo factus sum quasi sub lege esse approbando. scilicet legem et ex ea docedo christi. cum tamen ipse sub lege non essem secundum litteralem obseruationem. vel seruilitatem: quia iusto non est lex posita. **Thi. p.** Et **B** id feci ut eos qui sub lege erant. scilicet ipsos samaritanos lucrificare: eos ad fidem christi conuertendo.

**Deide cum dicit.** (His qui sine lege erant etc.) Dicit dicit quod contemperauit se gentilibus. Ubi primo tangit suam conformitatem. Secundo sue fidei veritatem ibi. (Cum tamen sine lege etc.) Tertio sue intentionis rectitudinem ibi. (Ut lucrificare etc.) Et **B** est. Et factus sum his qui sine lege erant. id est gentilibus. **Ro. 2.** Cum enim gentes que legem non habent: tamen sine lege esse assentiendo rationibus eorum et bonis positionibus prophetarum: ut per Act. 17. Cum tamen sine lege non esse. **Ro. 7.** Meum seruum legi dei. Sed in lege esse non iudaica: sed christi quod deus est: non autem moyses. De qua **Gal. 6.** Alter alterius onera portate et sic adimplebitis etc. Et hoc id feci ut lucrificare eos qui sine lege erant gentiles ad fidem conuertendo: o felix celator. **He. 11.** tale sacrificium quod celum aiat.

**Deide cum dicit.** (Factus sum infirmis etc.) Dicit ostendit quod se contemperauit iam conuersis. Ubi primo ponit modum bonum. Secundo finem debitum ibi. (Ut infirmos.) Dicit ergo. Factus sum etiam infirmis in fide infirmis. a licitis abstinendo. **2. Cor. 11.** Quis infirmatur et ego non infirmor. Sic fac bonus medicus qui comedit cibum infirmorum: ut eum puocet ad comedendum: et sic sanet. Et hoc feci ut infirmos lucrificare eos in fide roborando. Et breuiter omnibus omnia factus sum: quasi essem omnium sectarius. Ideo dicit. **infra. io.** Sicut et ego per omnia omnibus placeo. Et **B** ut omnes facere saluos. **Sap. 18.** In vestimento poderis: quod habebat **Aaron** toro orbis terrarum erat descriptus. **Et. 2. reg. 4.** **Heliseus** traxit se ad modum pueri et sic suscitauit illum. Et quod secundum **Homerum** omnis alteritas discors: siluando vero appetenda est: ideo viri spirituales salua vite et religionis sue obseruatione omnibus se debet conformare.

**Deide cum dicit.** (Dia facio propter euangelium.) Superius ostendit quod omnibus se contemperare studuit. hic subdit rationem quare hoc facit et hanc duplicem. Unam ex parte euangelii. scilicet ut cursus liberum habeat. Alia ex parte sui. scilicet ut promissus premium obtineat ibi. (Ut princeps etc.) Et hoc est quod dicit. Dia autem facio propter euangelium sine impedimento predicandum ut particeps eius. id est promissionum que in eo continentur efficiar. **Mat. 5.** Qui fecerit et docuerit sic: magnus vocabitur in regno celorum. Lectio. V.

**N**escitis quoniam hi qui in stadio currunt omnes quidem currunt: sed unus accipit brauium. Sic currite ut comprehendatis. omnis enim qui in agone contendit ab omnibus se abstinere. et illi quidem ut corruptibile coronam accipiant nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro non quasi in incertum: sic pugno non quasi aerem verberas. Sed castigo cor

pus meum et in seruitute redigo: ne forte cum alijs predicaueris: ipse reprobus efficiar.

**Superius ostendit:** quod proposuit a sumptibus abstinere. Primo propter intentiones primas. Secundo propter amoris euangelii. Dicit tertio propter expeditionem cursus et agonis sui. Primo quod ostendit quod opus in stadio expedite currere. Secundo quod sicut opus in agone expedite certare ibi. (Dias enim qui in agone etc.) Tertio quod ipse facit utrumque ibi. (Ego igitur sic curro etc.) In primo primo ponit exemplum expedite currere. Secundo monet eos ad sicut currendum ibi. (Sic currite etc.) In primo primo tangit curredi exercitium. Secundo conuenientiam currere ibi. (Dias enim qui de currunt etc.) Tertio dicitur puenientium ibi. (Sed unus accipit brauium etc.) In primo notat conditionem viatorum. In 2. multitudine vocatorum. In 3. paucitas electorum. **Mat. 20.** Multi sunt vocati pauci vero electi. Conditionem vero viatorum describit a tribus. A certitudine. cum dicit. (Nescitis.) A breuitate. cum addit. (In stadio.) A labore. cum subdit. (Currunt.) Dicit ergo. (Nescitis.) Quod tripliciter sumedus ut princeps efficiar. Nam si non abstinere a contrarijs euangelio non esse ei princeps. Nescitis. n. q. hi etc. Vel sic. Nescitis quod **B** facio ut princeps euangelii efficiar et utique possus esse princeps. Nam non sic est de euangelio primo vel de cursu brauium: quia **B** unus accipit brauium: ibi vero omnes accipere possunt. Tertio modo sic. (Nescitis.) quasi diceret. Iam autem sic curro. quia licet multi currerent sint. pauci tamen sunt puenientes. Nescitis enim quod hi qui in stadio currunt omnes quidem currunt. In labore pares sunt: sed unus tamen accipit brauium. id est premium cursus. Stadium enim est spatium in quo pedites currunt: quod hercules dicit statuisse. Perficiunt autem stadium. 125. passus. Et de stadio a stadio: quia hercules tot passus currebat et postea stabat et respirabat. in fine huius spatii ponebatur aliquid quod erat premium cursus. ut equus et panus purpureus: et **B** de brauium. Et licet in stadio omnes currerent: unus tamen solus accipiebat brauium. scilicet qui citius pueniebat. Sic in cursu spirituali unus tamen. scilicet pseuerans accipit brauium. Qui qui pseuerauerit usque in finem hic saluus erit.

**Deide cum dicit.** (Sic currite etc.) Monet eos ad currendum. Ubi ipse tria. Actum strenuum. (Currite.) Modum debitum. (Sic.) Finem optimum. (Ut comprehendatis.) Dicit ergo. (Sic etc.) quasi diceret: quia unus accipit brauium sic currite per viam vitas pseuerantes ut comprehendatis brauium vite eterne. **Debr. 12.** Per patientiam curramus ad propositum nobis certame.

**Deide cum dicit.** (Dias autem qui in agone etc.) ostendit quod in agone opus expedite certare. Ubi primo tangit agoniam pugnam. 2. pugnam formam firmam ibi. (Ab omnibus se abstinere etc.) 3. sic pugnam mercedem debitam ibi. (Et illi quidem ut corruptibile etc.) 4. primo est necessitatis. scilicet pugnare. 2. virtutis. scilicet abstinere. 3. felicitatis. scilicet coronam accipere. Dicit ergo. (Dias qui in agone etc.) quasi diceret: ve sic agendum est: quod per exemplum. quia omnes qui in agone contendit ab omnibus se abstinere. Unus tamen nudi agonizabant in palaestra. Attende: ut **Aug. ait.** quod dicitur non laudandis multum trahunt similitudines.

**Deide cum dicit.** (Et illi quidem ut corruptibile etc.) tangit pugnam mercedem. Et primo pugnam maliter. Secundo pugnam spiritualiter ibi. (Nos autem incorruptam etc.) Dicit ergo. Et illi quidem abstinere ut corruptibile coronam accipiant: quod modicum est. Nos autem abstinere debemus ut accipiamus incorruptam. scilicet coronam vite. de qua **Jac. p.** Bonus vir qui suffert temptationem: quam cum probatus fuerit etc.

**Deide cum dicit.** (Ego igitur sic curro etc.) ponit exemplum utriusque. scilicet currendi et pugnandi. Ubi primo tangit cursum suum in profectu boni. Secundo pugnam suam in victoria mali ibi. (Sic pugno etc.) Tertio rationem utriusque scilicet ibi. (Sed castigo etc.) Dicit ergo. (Ego igitur etc.) Quasi dicat. quia talis corona fuerit igitur ego sic curro bonum operando non quasi in incertum. id est ut sum incertus

de premio. In incertis enim currit quia talia facit ut de quibusdam sperare: ex alijs possit desperare. Via instruit ad bonum et persona applica que notat ibi. (Ego.) et forma implicita que notatur ibi. (Sic.) Et actio strenua que notat ibi. (Curro.) Et merces sperata que notat ibi. (Non quasi in incertis.) Phil. 2. Non in vacuum curri: nec in vacuum laboravi. Sic pugno contra hostes decertando contra malum. Non quasi aerem verberas. i. non verbis tantum: sed factis. Non enim in sermone est regnum dei: sed in virtute. supra. 4. Ut non quasi aerem verberas. i. non inaniter me fatigando: aduersarium non ledendo. Sic erit perfectus homo si sic se habeat ut sit intentus in confessione. Esa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Deuotus in oratione. Matt. 6. Sic ergo orabit. Pater noster que es in celis etc. Efficax in predicatione. Jac. 2. Sic loquimini et sic facite. Dec tria pertinent ad actum orationis recti: ita tamen quod confessio dirigit deo et primo. oratio soli deo. predicationi soli primo. Sortis in pugnando. Unum hic pugno etc. Apoc. Qui vicerit sic vestiet vestem albam. Paties in sustinendo. Judith. 8. Sic Isaac. sic Jacob. sic Moyses. et omnes que placuerunt deo per multas tribulationes transierunt fideles. Lautus in se seruando. Josue. 2. Ad motana conscedite ne forte occurrat vobis reuertentes etc. sic ibitis viam vestram. Primum propter malum culpe. s. pugna. Secundum contra malum peccati. s. patientia. Tertium contra malum tentationis. s. cautela. Benignus in condonando. Mat. 18. Sic non est voluntas anime preme vestram etc. Inutile se reputando. Luc. 17. Sic et vos cum fecerit omnia que precepta etc. Sollicitus se discutiendo. i. probet autem se homo: et sic de pane illo edat etc. Primum reprobatur malitia per penitentiam. Secundum probatur bonitatem dei. Tertium dubietatem statim per penitentiam. Dumilis in obsequio. Matt. 4. Sic decet nos imple re omnem iustitiam. Agilis in proficiendo. Unde hic. Sic currite. i. proficite in bono ut comprehendatis. Lascians in perseuerando. Unum hic. Sic currite. Phil. 4. Sic stete in domino charissimi. Famulos in persuadendo. supra. 4. Sic nos existimet homo etc. Primum respicit incipientes. Secundum proficientes. Tertium perseuerantes. Quartum perfectos.

Deinde cum dicit. (Sed castigo corpus meum etc.) tangit rationem predictorum utriusque. Ubi primo tangit austeritatem vite. Secundo comedationem doctrine ibi. (Ne forte etc.) Tertio rationem concordie utriusque ibi. (Ipse reprobus etc.) Ergo implet factum: quod docet verbo: ne se damnet ore proprio. Et hoc est quod dicit. Sed castigo corpus meum per declinationem malum: motus carnis illicitos reprimendo. Castigo ergo non occido corpus meum non tantum alienum. Ro. 12. Exhibeatis corpora vestra hostia viuentem sanctam deo placet rationabile obsequium vestrum. Et in seruitute redigo per oppositionem boni corpus. s. spiritum fruire cogendo. et sensualitate rationi subyiciendo: sic de beato Martino legitur. Carnem spiritum fruire cogebat. et hoc facio ne forte cum alijs perducatur etc. Aug. Suo timore nos terruit apostolus. quod enim faciet agnus ubi aries timet et tremat: (Ipse reprobus) i. a deo reprobatus efficiatur: quod turpe esset. Ro. 2. Qui predicat non furandus furaris. De hoc posset vere dici illud Job. 4. Ecce docuisti plurimos etc. Nunc autem venit super te plaga et defecisti. (Dic queris ibi. Melius est mihi mori etc.) Contra. Gloria non euacuat nisi per penitentiam. ergo accipere eum est penitentiam: non glituz. Contra. Gloria essentialis per hoc non euacuatur: sed gloria accidentalis de hoc ope superrogationis. Item si euangelicauero non est mihi gloria. Contra. Euangelicatum et sumptus accipiendi debet et aurea et aureola. Sed hoc. Exponit quando euangelicatur ex necessitate timoris vel ex cupiditate mercedis temporalis. Item super illud. Dispensatio mihi credita est. Glo. Non debemus euangelicare: ut madducemus. Contra. Ergo predicatorum questuarius peccant mortaliter: quia faciunt quod non debent. Contra. si propter questum principaliter faciunt peccant: sed si propter fructum spi-

rituale ide pueniende bene faciunt. Item ibidem. Glo. Propter regnum dei debemus operari omnia non solum: sed cum regno dei mercedem temporalem meditari. Contra. Ergo qui vadit ad ecclesiam per distributionibus peccat. Contra. Rudeo. Verus est si solum vel principaliter propter hoc vadit. Item super hoc. Ut non abutar potestate. Glo. quod eum si acciperet: quod probauit supra eodem: quod ei licet accipere. Contra. Rudeo intelligendum est si accipere res discretas et ordinate et imoderate. Item omnium seruus me feci. Contra. supra. 6. Nolite sibi effici homines. Contra. Respondeo. Sic loquitur de seruitute charitatis. s. in bono. ibi de seruitute iniquitatis. s. in malo. Item factus sum iudeis iudeus. Glo. In cibis accipiendis vel non accipiendis. Contra. glo. Iniuste ergo reprehendit petrum de discretione ciborum. Gal. 2. Immo bene: quia petrus discernebat cum scandalum gentium. s. in locis gentium: paulus autem non. Item ibidem. Glo. Propter scandalum iudeorum circumcidit thimotheum. Act. 16. Contra. Veritas doctrine vite et iusticie non debet dimitti propter scandalum. Contra. Rudeo. Usque ad diuulgationem euangelij non erat de veritate doctrine siue vite ne homines circumciderent: sed ne spes poneret in circumcissione. Item ut omnes facerent saluos. Contra. sciebat non omnes saluandos. Contra. Rudeo. Uolebat omnes in particulari. i. quilibet per se: non omnes simul. Item super illud omnes quidem currunt. Glo. In spirituali agone quotquot quidem currunt si spiritualiter currunt accipiunt et quod peruenit expectat ut coronet cum posteriori. Contra. Unusquisque in morte coronatur. Contra. Rudeo. Hoc intellexit de gloria corporis non anime. Item super illud. Ne forte cum predicaueris. Glo. Suo timore nos terret apostolus. Contra. per Joann. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Contra. Rudeo. Verus est timor pene: sed non timor separationis siue offense. CAP. X.



**S**olo enim vos ignorare fratres: quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt et omnes mare transierunt et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari. Et omnes eadem escam spiritalem manducauerunt. et omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra. petra autem erat christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo. Nam prostrati sunt in deserto.

Superius monuit abstinere ab ydolotitis. primo propter vitium scandalum fratrum infirmorum. ca. 8. Secundo propter exemplum suum quod abstinet propter alios ab acceptione sumptuum. ca. 9. Dic tertio monet ad idem ex consideratione iudeorum in deserto ydola venerantius. ubi exemplo pene istorum. primo monet abstinere a perpetracione peccatorum filiorum. Secundo spiritualiter a comestione ydolis imolatorum ibi. (Propter quod charissimi fugite ab ydolorum cultura etc.) In primo ponit quod antiqui iudeis contigit. Secundo per quod non pro se tantum: sed pro nos corrigendos ita euertit. Dec autem in figura facta sunt nostri etc. Tertio ut exemplo eorum caueat cludit ibi. (Itaque quod se existimat statim etc.) Ergo pena timenda cautela adhibenda. In primo ponit beneficia gratie eis impena existibus in egypto. Secundo premissa in deserto ibi. (Et omnes eadem escam etc.) Tertio flagella propter ingratitude in ista ibi. (Sed non in pluribus etc.) In primo tangit tria beneficia. Primum in protectione nubis. Secundo in transitu maris rubri ibi. (Et omnes mare transierunt etc.) Tertium in purgacione baptismatis. ibi. (Et omnes in moyse etc.) Dicit ergo. (Nolo vos etc.) quasi. d. sic agendum est sicut monui. Non enim sufficiunt sacramenta ecclesie suscepta vobis postea peccatibus: sicut nec iudeis dei beneficia quin postea punirentur. Nolo enim vos ignorare etc. Doc dupliciter legitur. Uno modo de bonis et



## Ad corinthios I.

malis cōmuniter. Alio modo de malis specialr. p̄rio modo sic. Nolo vos ignorare fratres: qm̄ patres nostri institutores fidei nostre. omnes taz boni q̄ mali sub nube p̄tege te fuerūt. Exo. 13. Dominus p̄cedebat eos ad ostēdēdum viam per diē in colūna nubis rē. Uel sub nube. i. sub figura z ymbra. Deb. 10. Umbra habens lex futuroz rē. Et omnes mare rubuz submersis hostibus trāsierūt. non de vna ripa ad ripaz oppositā: s̄ ad eādē vnde trāsierūt quēdā sinū maris: z omnes in Moyse. i. in ducatu Moyse baptizati sunt in nube z in mari. i. p̄ vīsa signa illa purgati ab ignorātia. Uel a vitijs p̄ fidem. s. submersis egyptijs. Exo. 14. Timuit populus dñm z crediderunt dño z seruo suo Moyse. Uel baptizati sūt. i. signū baptisimi receperūt. Nā baptisimus stat ex aqua z spiritu. Joā. 3. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua z spiritu. Nubes aut̄ symbolū erat spiritus: mare vero aque: vt dicit Dauid.

Deide euz dicit. (Et oēs eādē escas spiritalē rē.) Post bñficia exhibita israel de egypto exeunt. hic tāgit beneficia exhibita in deserto. Et p̄mo beneficiuz māne. Secūdo beneficiuz aque ibi. (Et oēs eundē potū rē.) Tertio pot⁹ originē mirabilē ibi. (Bibebāt autē rē.) Quarto originis significatiōē ibi. (Petra autē rē.) Dicit ḡ. Et oēs eādē escas spiritalē māducauerūt. māna. s. de celo. Uocat autē eam spiritalē cum esset corporalis: sed qz miraculose fuit data. de hoc habetur Sap. 16. Panē de celo prestitisti eis. Et omnes eundē potuz spiritalē. i. aquaz de petra. Numeri. 20. Loquimini ad petra z ipsa dabit vobis aqua. Percussit petra z fluxerūt aque. Bibebāt autē de petra spiritali: que dicitur spiritalis p̄pter effectuz miraculosuz p̄pter futuri signū. petra cōsequēte eos. Dupl̄ itelligitur cōsequēte. i. satisfaciēte volūtati eoz. ps. Desideriū eoz attulit eis Aque enī vbiqz sequebātur eos. Esa. 48. Aquaz de petra p̄duxit eis rē. Uel cōsequēte eos. i. veritatē sequēte significatiōē. Hic ē lapis quē reprobauerūt rē. Alio modo legitur de bonis breuiter sic. Nolo vos ignorare fr̄es qm̄ patres nostri institutores fidei nostre oēs boni spiritaliter. Unde dicit patres nostri nō illoz sub nube fuerunt sicut pus. z omnes eādē escam māducauerūt spiritalē. i. corpus christi in signo spiritaliter itellecto. Unde eādē escas spiritalē māducauerūt: idē. s. quod nos: s̄ aliam escam corporalē q̄ nos. z hoc q̄tum ad maiores in christu credētes. Māducabāt christu spiritaliter: s̄ illud. Crede z manducaisti. Et omnes eundē potum biberūt. s. christi sanguinē in signo. Sic loquitur de signo z potu spiritali per fidem nō de corporali. Bibebāt autē de spiritali rē. sicut pus. Ap̄petēdus cibus z potus qz sufficiens. Un̄ dicit. (Oēs māducauerūt.) Indeficiēs qz eundē. Utiles qz potus z cibus spiritalis quod notatur in ipso noīe spiritalis rē.

Deide cum dicit. (S̄z nō in pluribus rē.) Post beneficia tāgit flagella. Et p̄mo offensaz. Secūdo penā ibi. (Nā p̄strati sunt.) Dicit ergo. (S̄z nō in pluribus rē.) q. d. his omnibus beneficijs vsi sunt iudei: sed nō in pluribus eoz beneplacitū est deo in illis. s. qui deum offenderūt: sed tantum in duobus. s. Daleph z Josue: quibus solis concessum est terram p̄missionis obtinere. Numeri. 14. Mal. p̄. Nō est mibi volūtas in vobis.

Lectio. II.

**E**c autēz in figura facta sunt nostri vt non simus concupiscentes malozū sicut z illi concupierūt. Neqz ydolatre efficiamini sicut quidam ex ipsis: quē admodum scriptum est. Sedit populus manducare z bibere z surrexerūt ludere. Neqz for-

nicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt: z ceciderunt vna die viginti tria milia. Neqz tentemus christum sicut quidam eozum tentaerunt: z a serpentibus perierūt. Neqz murmuraueritis sicut quidam eozum murmurauerunt z perierunt ab exterminatore. Hec autē oia in figura contingebant illis: scripta sunt autē ad correptionez nostram in quos fines seculorum deuenerunt.

Superius ostēdit quid antiquis iudeis cōtingit. hic ostēdit qz nō p̄pter se tñ: s̄ p̄pter nos corrigēdos ita euenit. Ubi p̄mo ostēdit qz p̄pter nos corrigēdos a peccato: p̄dicta facta sunt. Secūdo qz p̄pter hoc ē scripta sunt ibi. (Dee autē oia in figura rē.) In p̄ma ostēdit qz iō facta sunt vt cohibeamur a peccato: z p̄mo a peccato cordis. Secūdo a peccato operis ibi. (Neqz ydolatre efficiamini rē.) Tertio a peccato oris ibi. (Neqz murmuraueritis: sic qdaz rē.) In p̄ma p̄mo deterret p̄ penā. Secūdo ex hoc dehortatur culpa ibi. (Ut nō simus concupiscentes rē.) Tertio malos reducit ad memoriā ibi. (Sicut illi concupierūt rē.) Dicit ergo. Hec autē in figura facta sunt nostri. nō ficta sed vere facta. In figura inqz: iō. s. vt nos cōsiderātes illoz supplicia. non simus concupiscentes maloz: sicut z illi concupierūt. de quib⁹ ps. Concupierūt concupiscentiā in deserto. Numeri. 11. Dicit qz vulgus p̄miscuū flagrauit desiderio carniuz. (Et nōm qz sicut in bonis lōge meli⁹ est qd figurat q̄ ipsa figura vt regnū celoz q̄ terra p̄missiōis. ita in malis longe peius ē qd figuratur q̄ figura significās. s̄m autē Aug. illa supplicia que sustinuerūt figura gebene fuerunt: que omni pena maior est. Dec autē prinēt ad sapientes iter corinthios: qui desiderio carnes comedebant in ydolo: z scandalizabāt v̄ firmos. vnde similes erāt iudeis carnes desiderantibus in deserto. vnde digni erāt etiam simili pena.

Deide cū dicit. (Neqz ydolatre rē.) Dehortat peccatuz opis. vbi tāgit tria pctā. p̄mo ydolatrie. Secūdo fornicatiōis ibi. (Neqz fornicemur rē.) Tertio vine tētatiōis ibi. (Neqz tētemus rē.) In p̄ma p̄mo dissuadet ydolatrie vitium. Secūdo deterret per exēplū ibi. (Sic qdaz ex ipsis rē.) Tertio explicat exēplū implicitū ibi. (Quē admodum scriptū est rē.) Dicit ḡ. (Neqz ydolatre efficiamini.) ydolorit̄is vescēdo in veneratiōe ydoli vel scādālū ifirmoz. Sic qdam illoz. supple ydolatre fuerūt. Exo. 32. z ps. Et fecerūt vitulū in oreb. z adorauerūt sculpsile. (Quē admodum scriptū ē.) Exo. 32. (Sedit p̄pls.) i. qdā de populo (māducare z bibere) corā ydolo qbus siles sunt qz comedūt ydolota: ydola venerādo. (Et surrexerūt ludere.) i. ludos facere sic choreas z h̄i veneratiōē ydoli. Uel surrexerūt ludere. i. ydolum adorare quod est simile ludo puerozum qui faciunt imagines luteas.

Deide cū dicit. (Neqz fornicemur rē.) tāgit pctm̄ fornicatiōis. vbi p̄ dissuadet tale pctm̄. z deterret p̄ ex<sup>m</sup> culpe ibi. (sic qdā rē.) 3<sup>o</sup> pene ibi. (Et cecidit vna die.) Dicit ḡ. (Nō fornicemur) vt qdā ex vob. s. 5. Dio audīt fornicatio iter vos. (Sic qdā ex ipsis fornicati sūt) cū madiāit. s. Nu. 25. Et iō cecidit vna die. 23. imo. 24. milia. s̄ maiō nūer⁹ n̄ excludit miōrē. vñ n̄ v̄ h̄ cū p̄cisiōe. Uel fōte vicium scriptoz ē.

Deiñ cū dicit. (Neqz tētem⁹ x̄ps rē.) tāgit pctm̄ vine tētatiōis. qd dissuadet p̄ v̄bo. z exēplo ibi. (Sic qdā rē.) 3<sup>o</sup> supplicio ibi. (Et a serpentibus rē.) Dicit ḡ. (Neqz tētemus christum.) diffidendo de eius potentia. sicut illi qui in vobis desperāt de resurrectiōe: sicut quidam eozum tētaerunt deum vel christum in Moyse dicētes. Nūquid poterit parare mēsam in deserto. z ideo a serpentibus perierunt

donec. s. serpens eneus erectus est ad cuius aspectus sanabatur. De hoc habetur Numeri. 21. et Deutero. 6. Non tētabis dominus deus tuus.

**C** Deinde cum dicit. (Neq; murmuraueritis etc.) Post peccatum cordis et operis dehortatur peccatus oris. Ubi primo dissuadet murmuratiōis viciū. Secūdo adducit quosdam in exemplis. et primo culpe ibi. (Sicut quidā etc.) Secūdo pene ibi. (Et perierūt a serpētibus.) Dicit ergo. (Neq; murmuraueritis) cōtra me: vel miores cōtra maiores. Sap. pmo. Custodite vos a murmuratiōe: (sic quidā corū murmurauerūt) cōtra Moysen. Nume. 16. Murmurauerunt oīs cōgregatio filiorū israel cōtra Moysen: et ideo perierunt ab exterminatore. ab angelo. s. qui extra terminos terre eos percussit. Baruch. 3. Exterminati sunt et ad inferos descenderūt. **C** Notādum super illud. In Moysē baptizati sunt. q. Dam. lib. 4. cap. de baptismo distinguit novem genera baptismatū accipiēdo baptismata large. Primo est aqua diluuij. de quo habet Gen. 6. Secundus mare rubrum. de quo Exo. 14. Tertius aqua expiatiōis. de qua Numeri. 19. Quartus baptismus Joānis. de quo Mat. 3. Quintus baptismus. de quo christus baptizatus fuit Luc. 3. Sextus baptismus spiritus sancti super discipulos. Act. 1. Vos autē baptizamini spiritu sancto. Septimū baptismus penitētię et cōtritiōis. de quo Eccl. 34. Qui baptizatur a mortuo etc. Octavus baptismus sanguinis. de quo Luc. 12. Baptisma habeo baptizari: et quomodo coartor vsq; dum perficiatur. Nonus baptismus aque et spiritus. de quo Jo. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu. et Mat. ult. Baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti.

**C** Deinde cum dicit. (Nec antez omnia in figura etc.) Dabitur q. propter nos predicta facta sunt: hic ostendit q. propter nos etiā scripta sunt. Et primo q. in significatiōe. Secūdo q. in correctiōe ibi. (Scripta sunt autē etc.) Dicit g. (Nec autē etc.) Quasi. d. Ista etigerūt illis et hoc nō tātus propter sua peccata. aut p. sed omnia in figura nostri. s. cōtingebāt illis. erat enī tunc tempus figurarius.

**C** Deinde cum dicit. (Scripta sunt autē ad correctiōe.) Tāgit q. scripta sunt ad correctiōe nostram. Ubi implicat tria incitātia ad correctiōe nostram. Primo antiquoz exempla que notantur in scripturis. Secūdo exemploz causa que est correctio nostra. Tertio etas nouissima que est finis seculoz. Dicit ergo. Scripta sunt autē ad correctiōe nō nostrā: quia quecuq; scripta sunt ad nostras doctrinā scripta sunt. Roma. 15. Nos dico i quos fines seculoz deuenērūt. i. sexta etas que est vltima etas laboratiuz. p. Jo. 2. Filioli mei nouissima hora est. Quia ergo i vltima seculi etate sum? tot exemplis prioz corrigi debemus. Uel in quos fines seculoz deuenērūt. i. in quibus per fidem et amorem christi finita est secularitas: q. phil. 3. dicit. Cōuersatio nostra in celis est. Unde temporalia nō pmittuntur tempore gratie sicut tempore legis. Unde nec in pactuz deducuntur: sed adyiciuntur. Mat. 6. Primus querite regnum dei etc. Sed antiquitas erant in pactuz. Esa. pmo. Si volueritis et audieritis etc. Ecce ergo exēpla certa: q. scripta sunt. vtilia quia ad correctiōe nostram. durabilia q. in quos fines etc.

**C** Lectio. III.

**T**aq; qui se existimat stare videat ne cadat. Tentatio vos nō apprehendat nisi humana. Fidelis autem deus est qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione pronentum vt possitis sustinere.

**C** Dabitur pmo iudeoz punitiōe. Secūdo punitiōis rōne.

hic tertio cōcludit q. exemplo corū debēt a malo cauere. vbi pmo monet vt caueāt casum. Secūdo cauendi docet moduz ibi. (Vos nō apprehendat etc.) Tertio pmittit firmū adiutoriu ibi. (Fidelis autē deus etc.) In pmo impliat quattuor sollicitātia sapiētē. s. multitudinē cadētium. cū dicit. (Itaq; incertitudinē statū. cū subdit. (Qui se existimat stare.) Necessitatez cautele. cū addit. (Videat) faciliatē ruine. cū dicit. (Ne cadat.) Dicit ergo. (Itaq; etc.) Quasi dicat. Illi et si beneficys dei vsi sunt: nihilominus propter peccata perierūt. Itaq; ex eoz cōsideratiōe qui existimat aliqua diecuratiōe se stare. i. q. sit in gratia et charitate. videat diligētī attētiōe ne cadat peccādo: vel alios faciēdo peccare. Esa. 14. Quomō cecidisti lucifer. ps. Cadēt a latere tuo mille etc. Jo. Eph. 5. Videte quō caute abulet.

**C** Deinde cum dicit. (Tentatio vos nō apprehendat etc.) Docet modū cauēdi causaz. s. cauēdo tētationez. Ubi pmo docet aliquā tētationē fugiēdā. Secūdo aliquā sustinēdam ibi. (Nisi hūana.) Primo notificat: q. pulsat vt itroeat. Unde dicit (Tentatio.) Secūdo. q. ipugnat vt pualear. Unde subdit. (Nō vos apphēdat.) Dicit g. (Tentatio etc.) Quasi diceret ne cadatis. Tentatio. s. peccati nō vos apphēdat. trahēdo in cōsensuz peccati: (nisi hūana.) hoc dupl. exponit. Uno de tētatiōe interiori mala. et tūc est pmissio. Quasi. d. nulla peccati dilectio vos apphēdat: nisi forte de malis sine qua vita hūana nō ducit. Nō enī ē hō qui semp faciat bonū et nō peccet. 3. regū. 8. 2. z. Pal. 6. Alio mō exponitur de tētatiōe exteriori boni. Et tunc est exhortatio sic. Tentatio vos nō apprehendat nisi hūana. s. tribulationū presentiu propter christuz tolerātia. Aug. propter christū pati hūmana tētatio est. Thob. 12. Quia acceptus eras deo neces se fuit vt tētatio probaret etc.

**C** Deinde cum dicit. (Fidelis deus.) Ostēdit paratū adiutoriu in tētatione. Ubi cōmēdat deū adiutorē: q. dat nobis resistēdi potētiā: q. notat ibi. (Sed faciet cū tētatiōe etc.) Perseuerātia: q. notat ibi. (Vt possitis sustinere.) Vere fidelis deus q. dat potētiā ne vincamur. grāz vt mereamur. p. stātia vt vincamus. Dicit g. (Fidelis etc.) Quasi diceret vos ad hoc hortor et moneo q. potestis. fidelis dñs i oib; vbi suis q. nō patietur vos tentari supra id q. potestis. q. vtiq; poss; dyabolus si pmittet: q. nō est p. sup terrā q. ei cōparet. Esa. 40. Dat lassio virtutē. Jo. Jac. p. De gau diū existimate frēs cū in varias tētatiōes icideritis. Aug. Qui dat dyabolo tētadi licētiā. ipse dat tētatis misericordia. p. uētū iquā ita vt possitis sustinere: ne deficiatis in lucra: s. vincatis: q. fit p. humilitatē: vt dicit Aug. Illi enī non crepāt in fornace q. nō habēt vētū supbie. **C** Notādū ē supra illud: q. se existimat stare etc. q. ad casuz ipellit nos pmo debilitas viriū. sic cadunt pueri. decrepiti. infirmi. Esa. 40. In infirmitate cadēt: q. etigit p. tepiditatē bñ opandi et instabilitatē. Scdo onus pctoz sic cadūt asini sub onere nimio. ps. Ceciderūt q. opant iniquitatē. q. etigit p. negligētiā penitēdi: q. pctū q. p. penitētiā etc. Tertio multitudo trahētū: sic arbor vel domus multis trahētib; dorsuz cadit supra eodē. Neq; fornicemur etc. q. etigit p. impulsuz hostiuz. Quarto lubricitas viarū sic incauti cadūt in lubrico. Eccl. 28. Attēde ne forte labores i ligua et cadas: et i aspectu etc. Qd etigit p. incauti custodia sensui. Quinto varietas offendiculoz: sic quis capta in medio laqueoz. ps. Di in curribus etc. puer. 24. Septies in die cadit iustus: q. etigit per corruptionē creaturaz. Sexto ignorātia agēdorū: sic ceci cadūt d. facili. Mat. 15. Si cec' ceco ducati p. stet etc. q. cōtingit p. negligētiā adiscendi necia. Septimo exēpla cadētū sic angeli ad exēplū luciferi. ps. Cadēt a latere tuo mille etc. puer. 25. Fons turbatus pede et vena corrupta iustus cadēs corā ipio: q. etigit p. imitationē maloz. Octavo

## Ad corinthios I.

ponderositas corporum. Corpus enim quod corrumpit aggrauat  
aias sic lapis in collo natatis Job. i. 4. Mons cadens deflu-  
it. quod contingit per carnis fomentum superfluum.

Lectio.

III.

**P**ropter quod charissimi mei: fugite ab  
idolorum cultura. Et prudentibus lo-  
quor vos ipsi iudicate quod dico. Calix  
benedictionis cui benedicimus: non-  
ne communicatio sanguinis christi est? Et pa-  
nis quem frangimus nonne participatio corpo-  
ris domini est? Quoniam unus panis et unum  
corpus multi sumus: omnes qui de uno pane  
et de uno calice participamus.

Superius ex consideratione indeorum pene monuit abstinere a perpetratioe peccatorum similium: hic specialiter monet cauere a comestione ydolis imolatorum. Ubi primo ponit comonitionem cauendi ab ydolitibus. Secundo subdit causam comonitionis ibi. (Quid ergo dico etc.) Tertio docet modum cauendi a dictis ibi. (Omne quod in macello venit manducate etc.) In prima cauere ab ydolorum comestione monet. Primo ex timore pene communitatis. Secundo ex comunionem sancti altaris. ibi. (Ut prudentibus loquor etc.) Tertio ex similitudine sacrificij legalis ibi. (Uidete israel secundum carnem etc.) In prima ut eius obediatur dictis. Primo arguit inferendo. cum dicit. (Propter quod.) Secundo allicit benedictionem cum subdit. (Charissimi mei.) Tertio instruit exhortando. cum addit. (Fugite etc.) Dicit ergo. (Propter quod etc.) Quasi diceret quia sacramenta sola non saluant. et qui cadit punitur et auxilium dei non deest. propter quod charissimi mei fugite ab ydolorum cultura. i. ab omni ydoli ueneratione. Secundo hos apostolus hortatur fugere ab ydolatrie superstitione. Uel ne sapientes comedant ydolitibus cum offendiculo infirmorum quibus ydolatrare uiderentur. Uel ne ipsi infirmi ydolatre sint edendo in ydoli ueneratione. Fugite ergo ab ydolorum cultura. Uel putatiua quo ad esum sapientium. Uel uera quo ad esum infirmorum.

Deinde cum dicit. (Ut prudentibus loquor etc.) Monet cauere ab ydolorum comestione ex comunionem sacramenti altaris. Ubi primo quod dicitur est supponit eorum iudicio. Secundo ostendit quod est illud. scilicet per comunionem eucharistie efficiuntur unum cum christo ibi. (Calix benedictionis etc.) Tertio probat quod ita est quod oes sumus unum in corpore eius mystico. ibi. (Quoniam unus panis etc.) Dicit ergo. (Ut prudentibus etc.) quod d. Ut fugiatis loquor uobis ut prudentibus. Uel sic loquor uobis aliquid quod sequitur ut prudentibus. Uel sic loquor infirmis. scilicet sunt iter uos: ut supra locutus sum prudentibus. Et ideo uos ipsi maiores iudicate: quod dico Job. 21. Si contempseris subire iudicium cum sermo meo. Iudicate inquit hoc quod sequitur. Calix benedictionis. i. potus calicis per quem participantes benedicuntur. Luc. 22. Similiter et calicem postquam cenauit dicens. (Hic calix etc.) Cui benedicimus. i. quod nos fideles exaltamus credendo et gratias agendo. Uel cui benedicimus. i. quem nos sacerdotes consecramus. Nonne comestio sanguinis christi est facies nos unum cum ipso: secundum illud Aug. Nec tu me muta bis in te. Est ergo sua ratio talis. Sicut participas calicem domini: sed demonum unitas est maxime fugienda. ergo et participatio ydolorum in eorum ueneratione. Et ideo fugite ab ydolorum cultura. Et panis quem frangimus. i. sumptio panis fracti in altari nonne participatio corporis domini est. facies nos unum cum christo. quod sub specie panis sumit corpus christi.

Deinde cum dicit. (Quoniam unus panis etc.) Ostendit quod omnes sumus unum in corpore eius mystico. Ubi primo

nit primo unitatem. Secundo subdit unitatis rationes ibi. (Oes qui de uno etc.) In prima tangit duplicem unitatem. Primam incorporationis qua in christum transformamur. cuius dicit. (Unus panis etc.) Alias uite et sensus quam a christo capite accipimus. cui addit. (Et unum corpus etc.) Dicit ergo. (Quoniam unus etc.) Quasi dicat per hoc patet quod unum sumus cum christo. quoniam unum panis unione fidei spei et charitatis et unum corpus multi sumus per subministrationem operum charitatis. Corpus. scilicet illius capitis quod est christus. Multi dico. scilicet omnes qui de uno pane. i. corpore christi et uno calice. i. sanguine participamus digna participatioe. scilicet spirituali non tantum sacramentali. Aug. Accipite: quia unus panis et unum corpus ecclesia christi dicitur per eo quod sicut unus panis ex multis granis: et unum corpus ex multis membris componitur. sic ecclesia christi ex multis fidelibus capite copulatis conuertitur. De ista unitate. isra. 12. dicit. (Hic querit super illo. Oes in moysi baptizati. Glo. per uisa illa legalia purgati. Contra. Legalia non iustificabant. R. iudeo. Iustificabant dispositione a remotis non copulatiue: quia per modum signi non cause. Item super illud. Petra autem erat christus. Glo. Non petra dedit aquas sed christus. Contra. Numeri. 20. Loquimini ad petram et ipsa dabit uobis aquas. Respondeo. Petra dabat originalem non effectiue. Item super illud. Omnes eandem escam. Glo. Si quis manducauerit ex hoc pane non morietur in eternum. scilicet qui manducat corde non qui premit ore. Contra. ergo non oportet sacramentaliter manducare. Respondeo. non qui premit ore solum. Item super illud. Eundem potum spirituales. Glo. Idem est effectus in illis sacramentis: sed non tantum quantum in nostris. Contra. sacramenta uetera non efficiebant quod figurabant. Respondeo. Idem est effectus: sed aliter. nam illorum per modum signi: nostrorum per modum cause. Item super illud. Nec autem in figura facta sunt. Glo. Omnes perne minores sunt gebenna. Contra. carentia uisionis dei maior est quam gebenna: secundum christostomum. Respondeo. Loquitur de penis temporalibus. Item super illud. Qui stat uideat ne cadat. Glo. Non quod sit aliquis sine casu. Contra. Multi sunt sine mortali. Respondeo. Duplex est casus unus a domino per mortale. alter in domino per ueniale. Item super illud. Fidelis deus. Glo. Qui dat tentanti dyabolo licentiam dat tentatis misericordiam. Contra. Quod fit de licentia licite fit. Ergo licet dyabolo tentare. Respondeo. Licentia accipitur hic pro permissione non pro concessione. Item uos ipsi iudicate. Contra. Non est inferiorum iudicare de factis superiorum. Respondeo. Non debent iudicare iudicio superiorum: sed licet iudicio discretiois. Item super illud. Benedicimus. Glo. Nos sacerdotes. Contra. Quod minus est a maioribus benedicuntur. Respondeo. In sacramento altaris benedictio sacerdotis fertur super terminum a quo. i. super panem non super terminum ad quem. i. corpus christi. Item. Panis quem frangimus etc. Contra. Jam tunc non est ibi panis. Respondeo. Ponitur significatum pro signo. i. panis per specie panis. Item super illud. Nonne participatio etc. Glo. Per partes manducatur in sacramento: et manet integer in celo. Contra. Christus sub sacramento est impartibilis. R. iudeo. Manducat per presbyteri non sui. Item ibi dicitur. In illo sacramento sui et sanguine comedauit. quod fecit nos ipsos. Contra. non fecit nos corpus christi uerum. Respondeo. quod. i. cuius significatum. unde relatio est simplex.

Lectio.

V.



Uidete israel secundum carnem. Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris. Quid ergo? Dico quod ydolis imolatum sit aliquid: aut quod ydolum sit ali-

quid. Sed que imolant gentes demonijs imolant et non deo. Nolo autem vos socios fieri demoniorum. Non potestis calices domini bibere et calicem demoniorum. Non potestis mense domini participes esse et mense demoniorum.

An emulamur dominum? Nunquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent sed non omnia edificat. Nemo quod suum est querat sed quod alteri.

Superius monuit abstinere a comestione idolotitorum. primo ex timore pene scilicet. Secundo ex ratione altaris: hic ratio monet ad idem ex similitudine sacrificij legalis. Ubi primo excitat attentionem. Secundo ostendit propositum ibi. (Nolite qui edunt hostias.) Dicit ergo. Videte. Hoc dupliciter legitur. Uno modo de sacrificijs iudeorum. Alio modo de ritu gentilium. Primo modo hoc quod dico israel est accusatiui casus. Alio modo vocatiui. Primo modo sic. q. d. Multi vni corpus sumus q. de vno pane et vno calice participamus. Et hoc per hanc similitudinem. Videte israel secundum carnem supple ambulantem. i. carnalibus sacrificijs deseruientem. Hoc dicit ad differentiam israel secundum spiritum. De utroque Ro. 2. Non enim qui in manifesto iudeus est. Non enim edunt hostias legales participes sunt altaris legalis. Sicut qui edunt carnem christi et sanguinem participes sunt corporis. Secundo modo legitur sic. Videte o israel. o vos qui estis israel spiritualis videtis. scilicet dei videte in quibus ea que sunt secundum carnem. id est in idolatrie ritu carnali. Non enim edunt hostias idolis. scilicet imolatas participes sunt altaris demonum et idolorum. Quasi dicat. Sic. Est ergo sua ratio talis. Qui edunt hostias oblatas altari: participes sunt altaris. A fili qui edunt hostias imolatas idolis: participes sunt idolorum siue demoniorum.

Deinde cum dicit. (Quid ergo dico etc.) Superius posuit monitionem cauendi ab idolotitorum comestione: hic ponit causas ad monitionis. ponit autem quatuor causas quare debet ab idolotitis abstinere. Primo propter vitandam demonis societatem. Secundo propter vitandam sacre communionis exclusionem ibi. (Quia non potestis calicem domini bibere etc.) Tertio propter vitandam dei indignationem ibi. (An emulamur dominum etc.) Quarto propter fratrum lesionem ibi. (Oia mihi licent etc.) In prima parte ostendit per hoc quod non dicit hoc eo quod alicuius virtutis reputet idolum vel idolotitum. Secundo quod potius ideo quod demonibus est imolatum: ibi. (Sed que imolant etc.) Tertio quod non vult eos esse socios demonum ibi. (Nolo autem vos socios etc.) Dicit ergo. Quasi dicat. Moneo cauere ab idolotitis. Quid ergo dico. id est quod dicere videret hoc monedo. Nunquid hoc supple quod illud quod idolis est imolatum sit aliquid vel alicuius virtutis ut noceat aut quod idolum sit aliquid veneratione dignum. Quasi dicat. Non. ps. Neque enim est spiritus in ore ipsorum. Sed hoc potius dico quod que imolant gentes idolo: demoni imolant et non deo. ps. Desiderium gentium demonia. Deutro. 32. Imolauerunt demonibus et non deo.

Deinde cum dicit. (Nolo autem vos fieri etc.) Ostendit quod non vult eos fieri socios demonum quod fierent si comederent mense idolorum. Et hoc est quod dicit. Nolo autem vos qui fideles estis socios fieri demonum edendo. scilicet his qui idolis imolant. z. Cor. 6. Que societas lucis ad tenebras aut qui conuersio christi ad belial.

Deinde cum dicit. (Non potestis calicem etc.) Ecce secunda ratio quare abstinendum est ab idolotitis que est talis. Quod est excludit a communione corporis et sanguinis christi: vitandum est. Comestio idolotitorum est hoc. Ergo vitanda est. primo generaliter quod hoc comestio excludit a ratione sanguinis christi. Secundo quod a ratione corporis christi ibi. (Non potestis mense etc.) Dicit ergo. Non potestis etc. q. d. Nolo vos fieri socios demoniorum hoc

autem ideo dicit. Quia non potestis calicem domini bibere potum spirituali: non sacramentali tamen. ps. Calicem salutaris accipiam. Et calicem demoniorum sibi: et hoc quo ad sacramentum sanguinis. Non potestis mense domini participes esse quo ad sacramentum corporis et mense demoniorum. Mat. 6. Nemo potest duobus dominis seruire. Ecce ergo calix fructuosus quod ad bibendum spiritualiter: preciosus: quod domini spiritualiter: purus et mundus: quod non datur imundis vtiliter. Sicut potest dici de mensa.

Deinde cum dicit. (An emulamur dominum etc.) Ecce tertia ratio talis. Omne illud quod puocat iram dei vitandum est. comestio idolotitorum est hoc. Ergo vitanda est. primo ergo ostendit quod deus puocat ex tali comestione. Secundo quod stultum est eum puocare ibi. (Nunquid fortiores illo etc.) Dicit ergo. An emulamur. i. ad iram puocare volumus dominum comedendo idolotita. Vel sic. An emulamur dominum. i. iudicemus ei ut quasi in contemptum eius hoc faciamus. Deut. 32. Puocauerunt eum in dies. Nunquid. Quasi dicat. Non debemus eum puocare. Nunquid illo fortiores sumus. Quasi dicat. Non. Job. 9. Si fortitudo querit robustissimus est. Satiatum est enim puocare fortior se. Notandum super illud. Nolo autem vos socios fieri quod est societas bona et mala: et utraque quadruplex. Est ergo societas bona prima personarum diuinarum. de qua. i. Jo. 1. Ut societatem habeamus cum deo: et societas nostra sit cum patre et cum filio eius iesu christo. Et hoc exigit summa iocunditas: quod nullius rei sine socio iocunda est possessio. Secunda angelorum sanctorum: de qua Thobie. 5. Credo enim quod angelus dei bonus comitetur ei. Et hoc exigit hominis dignitas. Jero. Magna est dignitas animarum etc. Tertia virorum iustorum: de qua Sal. 2. Iacobus et Iohannes dexteram dederunt mihi et barabae societatis. Et hoc exigit nostra vtilitas. Eccl. 4. Melius est duos etc. Quarta beatorum. de qua Apocal. 1. Ego Iohannes socius vester et frater in tribulatione et regno: et hoc exigit communis felicitas quia si socius sumus passionis: erimus et consolationis: supra primo. Societas mala similiter quadruplex. prima a parte malorum: de qua Esa. 1. Participes tui infideles socii furum. Hec est societas herodis et pilati in crucifixione christi. Secunda hypocritarum. de qua Job. 30. Frater fui draconum et socius strutionum. Que alas habere videtur et volare non potest. Hec est societas vulpis et lupi. Tertia demonum de qua Job. 18. Habitent in tabernaculo eius socii eius qui non est. hec societas cattorum et muris: carnificis et bouis. Quarta damnatorum. de qua 2. Cor. 6. Que societas lucis ad tenebras: hec est societas incarcerationum in igne.

Deinde cum dicit. (Oia mihi licent etc.) ponit quarta ratio talis. Omne illud quod ledit proximorum salutem vitandum est. sed comestio idolotitorum est huiusmodi. ergo vitanda est. primo ostendit quod talis comestio comedenti non proficit. Secundo quod alterum ledit ibi. (Oia mihi licent etc.) Dicit ergo. Oia mihi licent. quasi dicat. Si illos peccare dicas qui comedunt idolotita non tamen dico cibos in se illicitos quia omnia que ad escam pertinent mihi licent. Vel et si omnia mihi licent: sed non omnia expediunt. i. adiuuant me in cursu meo. Simile supra. 6. Omnia mihi licent. i. et si omnia mihi licerent: sed non omnia edificant proximorum: sed ea que charitatis sunt supra. 8. Scientia inflat charitas edificat: et quod non omnia edificant: nemo quod suum est querat tantum. Charitas enim non que sua sunt querit infra. 13. sed quod alterius: id est quod alteri proficit. Et heu. phil. 2. dicitur. Omnes qui sua sunt querunt. Audiendus est ergo apostolus qui et docet verum et monet bonum. Docet verum duplex. scilicet expedientie sibi. quod omnia licent: sed non expediunt: et edificationis alius. quia omnia licent: sed non omnia edificant. Moneo bonum duplex. scilicet expedientie sibi. Nemo quod suum est querat et edificationis

## Ad corinthios I.

alys. Sed qd alterius.

Lectio. VI.



**Q**uone modo in macello venit manducate nihil interrogantes propter conscientias. Domini est terra et plenitudo eius. Si quis vocat vos infidelium ad cenam et vultis ire: omne quod vobis apponitur manducate. nihil interrogantes propter conscientias. Si quis autem dixerit hoc imolatum est idolis: nolite manducare propter illum qui indicavit et propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam: sed alterius. Et quid enim libertas mea indicatur ab aliena conscientia? Si ego cum gratia participo quid blasphemorum pro eo gratias ago?

**S**uperius monuit cauere ab idolotitis: et posuit rationem quadruplicem sue monitionis. hic tertio docet modum cauendi a predictis ostendendo quomodo licet edere: et quomodo non. primo ostendit an liceat edere. Secundo quomodo non licet ibi (Si quis autem dixerit etc.) Tertio quomodo debet attendere ibi (Siue ergo manducatis etc.) In prima primo ponit duos casus in quibus licet idolotita comedere. primo quomodo comedit per se. secundus quomodo cum alijs ibi (Si quis autem infidelium etc.) Vel primus quomodo nescit idolis imolatum. secundus quomodo non in proximi scandalum. In primo casu primo tangit comedendi licentiam. secundo comedendi prestat cautelam ibi (Nihil interrogantes etc.) Dicit ergo. De quod in macello venit. i. vendit etc. quasi dicat. quod licet edere: sed non expectat aliquid: ideo sic edite. De quod in macello venit. i. venditur manducate si vultis. Dis enim creatura dei bona et nihil reuerendum etc. i. Thim. 4. Vos dico nihil interrogantes. san sit idolis imolatum vel non: et hoc propter conscientiam astantis infirmi Domini est terra etc. Quasi dicat. Hoc secure potestis facere: quia Domini est terra et plenitudo eius. i. omnia quod terra impletur. ps. Quomodo mee sunt omnes fere etc. Ambro. Non potest esse immundum quod domini est: sed omnes carnes sunt domini. ergo de se mundum de sunt et licite.

**D**einde cum dicit. (Si quis autem vocat etc.) Ostendit quomodo licet comedere idolotita cum alijs: quomodo. scilicet. dant in convivio et ignoratur ab infirmis quod sint idolis imolata. Ubi implicatur quatuor expediencia cuilibet convivio. scilicet. ne sit ipudens se ingerendo quod notat ibi (Si quis vocat vos: quod non sit offendens in respondendo: quod notat ibi (Et vultis ire.) quod non sit onerosus impediendo: quod notat ibi (De quod vobis apponit.) quod non sit idiuscretus in loquendo ibi (Nihil interrogantes) Dicit ergo. Si quis infidelium. i. gentiliu. Nam cum iudeis comedere prohibita est. zs. q. i. c. oes. vbi sic dicit. Dominus deiceps siue clerici siue laici iudeorum convivium vitent. nec eos ad convivium quoscumque recipiant: quia cum iudei apud christianos cibis comibus non vitantur indignum atque sacrilegum est eorum cibos a christianis sumi. Si quis ergo infidelium. i. gentiliu vocat vos ad cenam et vultis ire. i. placet vobis invitatio: oem comestibile quod vobis apponitur manducate. Locoessio est non iussio. Luc. io. Manducate quod vobis apponunt. Vos dico nihil interrogantes an sit imolatum idolis vel non. Et hoc propter conscientiam infirmorum.

**D**einde cum dicit. (Si quis autem dixerit etc.) ostendit quomodo non licet comedere. Ubi assignat triplicem causam quare non licet comedere. primo propter alterius conscientiam. Secundo propter damnationem proximam ibi (Et quid. n. libertas mea etc.) Tertio propter imperiorum blasphemias ibi. (Si cum gratia participo etc.) Prima ratio talis est. Nihil faciendum est scienter quod ledat conscientiam eius qui facit: sed comestio idolotiti est hoc. ergo nihil tale est faciendum. primo ergo proponit

idolotiti cognitiones. Secundo diffusetur ad eius comestione ibi (Nolite manducare etc.) Tertio subdit huius rationem ibi (Propter illum qui indicavit.) Dicit ergo. Si quis autem dixerit etiam non interrogatus: hoc est imolatum idolis: nolite manducare. et hoc propter illum qui indicavit hoc esse imolatum idolis: ne. scilicet. credat te manducare sub veneratione idolis: non quod cibus de se sit immundus. Ro. i. 4. Scio et fido in domino quod nihil comestio est per ipsum nisi illi qui existimat aliquid comestio esse: sed est propter conscientiam aliorum infirmorum. Conscientiam autem non tuam que firma est: sed alterius. scilicet. infirmi. z. Cor. 6. Nemini dantes ullam offensionem.

**D**einde cum dicit. (Et quid enim libertas mea etc.) Ecce iam secunda ratio: que est talis. Quod facit ad iudicium damnationis prope vitandum est: sed comestio idolotiti cum scandalum proximi est hoc. ergo talis comestio vitanda est: et hoc est quod dicit. Ut quod etc. quasi dicat. Nolite manducare propter conscientiam infirmi. Ut quod enim libertas mea. i. quod liberum mihi est iudicium ab aliena conscientia. i. mihi fit damnabile propter conscientiam ratione scandalum: quod si dicat. si comedo cum alterius scandalum sic ago ut reddam me damnabile. Mat. 18. Qui scandalum cauerit vnum de pusillis istis expedit ei ut suspendat mola asinaria etc. Ut quod ergo sic ago: quasi dicat. Male ago.

**D**einde cum dicit. (Si cum gratia participo etc.) Ecce tertia ratio talis. Laudus est casus in blasphemiam et vituperium aliorum: scilicet. comedendo idolotiti cum scandalum comedo sic: ergo etc. Ubi primo tangit modum edendi debitum: secundo nihilominus blasphemiam insipientium ibi. (Quid blasphemorum.) Dicit ergo. Si ego cum gratia. i. cum gratiarum actione participo. i. comedo. sic enim semper sumendus est cibus. Job. 6. Gratias agens benedixit et fregit. Quid blasphemorum ab imperitis dicentibus idolatrare. Blasphemorum inquit pro eo quod gratias ago. i. gratias agendo participo. Ro. i. 4. Non ergo blasphemetur bonum nomen vestrum.

Lectio. VII.



**S**ue ergo manducatis siue bibitis vel aliud quid facitis. omnia in gloria dei facite. Sine offensione estote iudeis et gentibus et ecclesie dei. sicut et ego per omnia omnibus placeo. non querens quod mihi utile est. sed quod multis ut salvi fiant.

**D**abitur quomodo licet de idolotitis comedere et quomodo non: hic ostendit quid in utroque debet attendere: et primo respectu dei: quod debent querere eius gloriam. Secundo quid respectu proximi: quod debet cauere eius offensam ibi. (Sine offensione estote etc.) In prima primo inducit actum multiplicem. Secundo prima det actum intentionem debitam ibi (Via in gloriam dei etc.) Dicit ergo. Siue ergo etc. quod. Quia hec mala contingunt ergo siue manducatis siue bibitis que sunt opera necessitatis vel aliud quod facitis omnia in gloriam dei facite et cum invocatione creatoris: ea intentione ut deus laudet et glorificet. Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus etc. Col. 3. De quodcumque facitis in verbo aut in opere omnia in gloriam dei facite. Aug. Nec si recte sunt laudes dei sunt. Non ergo solum vox tua laudes dei. sed etiam opera tua concordent cum voce tua. Luz enim deus laudat de bono opere: deum laudas: et cum blasphematur deus de malo opere tuo deum blasphemas.

**D**einde cum dicit. (Sine offensione estote etc.) monet ut caueant ab offensa aliorum et persuadet hoc primo verbo. secundo exemplo ibi (Sicut et ego per omnia etc.) Ubi ponit se in exemplum: primo pacifice conversationis. Secundo fructuose operationis ibi. (Non querens quod mihi utile est) Tertio recte intentionis ibi. (Ut salvi fiant.) Felix cuius ieratio amabilis: operatio utilis: iteratio salubris. Dicit ergo. Sine offensione etc. quod. Ut omnia in gloria dei fiant: sine offensione estote iudeis

qui nō adorāt idola: et iō in tali comestione scādaliqantur: et gentib⁹ q adorāt idola: et iō p h̄ comestione in errore cō firmant et ecclesie dei quātū ad ifirmos i fide q ide offenduntur. Iudei sunt sub lege sed nō sub fide. gētes nec sub lege nec in fide: ecclesia dei et sub lege et in fide. Ro. iz. Si fieri pōt qd ex vobis est cum oibus hoibus pacem habentes. Sicut et ego oib⁹ placeo tanq̄ puerfans sine scandalo. Ego inq̄ nō querēs qd mihi vtile ē tñ: sed q multis. Ecce optim⁹ modus placendi oibus si oium vtilitas nō priuat cōmodū pcurēt. Charitas inq̄ nō querit q̄ sua sunt. Qd ē vtile inq̄ multis et h̄ nō ad aliq̄d cōmodū tēporale. sed ad hoc vt salui fiant. Phil. vlti. Nō quero datū: sed fructum.

**C** Notādū q multa sunt q̄ merito placere faciūt hoibus. Primū prudētia in p̄silijs: sicut aduocatus clienti. dispensator p̄ncipi placet. Hen. 4i. Placuit pharaoni p̄siliū et oibus seruis eius. Eccl. 20. Vir prudēs placebit magnatis. Scdm̄ mūdicia in factis sicut p̄m̄ cōiugi. instrm̄ vtenti placet. p̄m̄i Re. z. Puer autē samuel crescebat et p̄ficiēbat placēs tā deo q̄ hoibus. Nō sic filij Deli. Tertiu⁹ pietas i suffragijs: sicut medicus ifirmati baculus seni placet. Uñ de sepultura Abner d̄ sc̄bi Re. 3. Placuerūt eis oia q̄ fecit Dauid et. Quartū sapiētia i verbis: sicut lunē viatorū: viroz v̄sui placet. Josue. 22. Placuit sermo cūctis audientib⁹. Eccl. 20. Sapiēs in verbis pducet seipsum et hō prudēs placebit magnatis. Quintū clemētia in r̄sis sicut sapor gustui melodia auri placet sc̄bi Paral. io. Si placueris populo huic et lenieris eos v̄bis clemētib⁹ seruiēt tibi oī tpe. Sextū fortitudo in bellis. sicut pugil p̄ductorū. miles p̄ncipi placet. i. Re. is. Dixerunt serui saul ad dauid. Ecce places regi et oēs fui ei⁹ diligūt te. Septimū largitas i bñficis sicut pluuia terre arenti: sicut fons sitiētī placet p̄rio Macha. i. 4. de simone. Que sunt bona gētis sue et placuit illis potestas ei⁹. **C** Dic q̄rit sup̄ illud. Nolovos eē focios demonioz glo. ad h̄ gen⁹ p̄rinēt q̄ fuit in gbusdā rebus sa sp̄dēdis v̄l alligādīs. **C** Cōtra. ḡ suspētio herbarū ad colū v̄l cartulaz q̄ fieri solet: ad idolatriā p̄tinet. R̄no. Aut berbe habēt a nā vim nālem ad effectū illū aut nō. In p̄mo casu nō p̄tinet ad idolatriā s̄z in sc̄do. Silr̄ cedule aut p̄tinet solū v̄ba sacra et ex h̄ credunt h̄re v̄z aut nō. In p̄mo casu nō p̄tinet ad idolatriā s̄z in sc̄do. **C** Itē sup̄ illud. Dia mihi licēt h̄o. p̄tate liberi arbitrii et doctina legis nālis. **C** Cōtra. Scdm̄ legē nāle multa sunt illicita. R̄n̄ deo hic loq̄ de cibis sp̄aliter. **C** Itē ibidē h̄o. p̄cepto dñi illa p̄hibent. R̄n̄ deo. Illa p̄cepta ad tēp⁹ fuerūt et reuocata sunt. **C** Itē nihil interrogātes. **C** Cōtra Tob. z. Videte ne forte furtiuus sit. R̄n̄ deo. Nō ē sile qz cibuz furtiuuz nō ē licitū i se comedere s̄z idolo imolatū licz edere nī si p̄ scādali alteri. **C** Itē. Dia in gl̄iaz dei facite. **C** Cōtra. ḡ nullus ac̄t⁹ ē idifferēs. R̄n̄ deo. Relatio hec in gl̄iaz dei itelligit vel in actu v̄l in aptitudine referēdi q̄ nō ē solū in bonis: s̄z et in differētib⁹. **C** Itē dñi ē terra et plenitudo **C** Cōtra eadē rō fuit sub lege. Ergo si oia sunt mō mūda qz dñi sunt et tūc fuerūt. R̄n̄ deo. Reputatiōe legis imunda dicta sunt: s̄z nō sui nā. **C** Itē. Sicut ego p̄ oia oib⁹ placeo. **C** Cōtra Gal. p̄rio. Si hoib⁹ placere xpi seru⁹ nō essez. **C** Itē quō placebat p̄secutorib⁹ suis. R̄n̄ deo. Ad p̄m̄ placere volebat hoib⁹ pp̄ deū nō pp̄ se. **C** Ad argumētū z̄m̄ itelligit hoc non de oibus generaliter sed de ecclesiasticis viris fm̄ glo.

CAP.

XI.



**M**itadores mei estote sicut et ego christi. Laudo autem vos fratres q̄ p̄ omnia mei memores estis et sicut tradidi vobis precepta mea: tenetis. Volo autem vos scire q̄ ois

vir caput xpi est: caput autem mulieris vir: caput vero xpi deus.

**C** Supra ap̄ls remouit a fidelib⁹ id qd ē cōtrariū eucharistie sacramēto. s. p̄icipationē mēse idoloꝝ. Nūc autē instruit fideles de ipso eucharistie sacro. Et p̄rio p̄mittit quādam amonitionez generalē. Sc̄do accedit ad p̄positū ibi (Volo autē vos scire et). Circa p̄m̄ duo facit. p̄mo p̄ponit amonitionē. Sc̄do significat quōd corinthū ad p̄dictā amonitionem se habebāt ibi (Laudo autē vos fratres et). Circa p̄m̄ considerādū ē q̄ ita se habet nālis ordo rez q̄ ea q̄ sunt iferioꝝa in entib⁹ imitant ea q̄ sunt supioꝝa fm̄ suum posse. Unde etiā nāle agens tanq̄ superius assimilat sibi patiens. Primordiale autem principiū totius p̄cessionis rez est filius dei. fm̄ illud Jo. p̄mo. Dia p̄ ipm̄ facta sunt. Et ideo ipse est primordiale exēplar qd oēs creature imitantur tanq̄ verā et perfectā imaginē patris. Unde dicit Col. i. Qui est imago dei inuisibilis primogenitus ois creature: qz in ipso condita sunt vniversa. Sp̄ali tñ quodamō exēplar est sp̄aliū gratiarū qbus sp̄uales creature illū strant: fm̄ illud qd in. ps. d̄ ad filiū. In splendoribus sanctorū ex vtero ante luciferū genui te: qz. s. genitus est ante oem creaturā per gratiā lucentē habēs exemplariter in se splēdores oium sanctorū. hoc autē exēplar dei p̄ius erat a nobis valde remotum: fm̄ illud Eccl. z. Quid est hō vt sequi possit regem factorē suū. Et ideo hō fieri voluit: vt hoimib⁹ humanum exemplar preberet. Unde Aug. dicit in lib. de agone xp̄iano. Qua pueritate nō caueat q̄ dicta et facta illius hominis itueri diligit et sectat i quo se nobis ad exēplum vite prebuit filius dei. Et sicut diuinitatis ei⁹ exemplar. primo qdem imitant angeli. secundario vero relique creature: vt dionysius dicit. io. ca. angelice hierarchie ita humanitatis exēplar p̄ncipaliter qdem imitādūz p̄ponitur prelatis ecclesie tanq̄ superiorib⁹. Unde et oīs apo stolis dicit. Jo. iz. Exēplum dedi vobis vt quēadmodum ego feci: ita et vos faciatis. Secundario vero ipsi prelatis i formati exēplo xpi p̄ponūt exēplar vite subditis: s̄z illud p̄me pe. vlti. Forma facti gregis ex aīo. Et. z. ad thes. 3. Ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitādum nos. Et iō ap̄ls signāter dicit. Dixi vt sine offēsiōe oibus sitis et hoc qdem facere poteritis: si hoc qd dico seruetis. Imitatores mei estote sicut et ego xpi. s. s̄z imitator. Imitabatur enim cum p̄mo qdez in mētis deuotiōe. Gal. z. Vno ego iam nō ego: vniit vero in me xps. Sc̄do in subditozū sollicitudine. Unde dicebat phil. z. Si imolo sup̄ sacrificium et obsequium fidei vestre gaudeo et gratulor oibus vobis. Sicut et xps obtulit semetipsum p̄ nobis. vt dicit Ephe. 5. Tertio q̄tū ad passionis tolerantiaz. z. Corin. 4. Semp mortificationē iesu i corpore circūferētes. Et gal. vlti. Ego stigmata dñi iesu in corpore meo porto. **C** Est autē notādum q̄ nō simpliciter dicit imitatores mei estote: s̄z addit. sicut et ego xpi. qz. s. subditi prelatos suos imitari nō debent in oibus: sed in quibus illi xpm̄ imitant q̄ est ideficiens sanctitatis exemplar.

**C** Deinde cum dicit (Laudo autē vos fratres.) Ostēdit q̄ liter corinthū se habebāt ad amonitionē p̄dictā. **C** Circa qd considerādū ē q̄ subditi suos prelatos sequunt dupl̄r. s. q̄tū ad sc̄ā et deā: q̄tū qdē ad sc̄ā dū subditi p̄latoz exēpla imitant. Uñ d̄ Jac. 5. Exēplū accipite fr̄es mei p̄phetarū q locuti sunt in noīe dñi. Quātū vero ad dicta dū corū p̄ceptis obediūt. p̄ouer. 3. Custodi p̄cepta mea et viues. In his autē corinthū deficiebāt et maxie q̄tū ad maiorem multitudinē: et iō ap̄ls alloquēs eos dicit. Laudo autē vos fratres. q. d. Sup hoc laudādos vos prebere debetis s̄z nō facitis: q̄ p̄ oia memores estis quasi ad imitādūz mea exēpla. Nō enim possunt illoꝝ exēpla imitari quoz memoriā

## Ad corinthios I.

nō habemus. Unde dicit Heb. 13. Mementote p̄positoꝝ vestroꝝ quoz ituentes exitum cōuersatiōis imitami si dem. Quātuz vero ad dicta subdit. Et sicut tradidi vobis p̄cepta mea tenetis: quasi dicat eodē tenore obseruatis quo ḡ tradidi. hoc. n. dicit qz ab obseruātia p̄ceptoꝝ ei⁹ recesserant. Job. 15. Si sermonē meū seruauerūt ⁊ vestruz seruabūt. Sed videt hic modus loquēdi nō eē ueniēs ueritati sacre scripture q̄ nihil patit falsitatis. s̄ illud. puer. 8. Iusti sunt oēs sermones mei ⁊ nō ē in eis prauū qd neq; peruersum. Sed dicēdū q̄ ironica locutio est vna de locutionib⁹ figuratiuis in qbus ueritas nō attendit s̄m sensus quē uerba faciūt sed s̄m id qd loquēs expr̄imere intendit p̄ s̄ile: uel cōtrariū uel quocūq; alio mō. Et iō in ironica locutiōe ueritas attendit s̄m cōtrariū ei⁹ qd vba sonāt: sicut in metaphozica s̄m simile.

**C** Deide cū dicit. (Uolo aut̄ uos scire fratres ⁊c.) Accedit ad p̄positū iſtrūēs. s̄. fideles de eucharistie sacramēto. Et circa h̄ tria fac. P̄tio redarguit eoz errōes circa ritū hui⁹ facti. ⁊ ostēdit h̄ facti dignitatē ibi (Ego. n. accepi a domi no ⁊c.) ⁊ docet ueniētēz ritū ibi (Itaq; fr̄es mei.) Circa p̄tia facit. P̄tio redarguit eoz errozē quo. s̄. errabāt i habitu: qz. s̄. mulieres ad sacra mysteria ueniēbāt capite nō uelato. Sc̄do arguit errozē in cōuentu. qz. s̄. dum ueniēt ad sacra mysteria cōtentionib⁹ uacabāt ibi (Dec aut̄ precipio nō laudās ⁊c.) Tertio quātū ad certū cibū. qz. s̄. pransi ad sacra mysteria sumēda accēdebāt ibi (Cōueniētib⁹ aut̄ uobis ⁊c.) Circa p̄mū duo facit. p̄mo p̄mittit qd̄ daz documentum: ex quo sumit rō subsequētis monitiōis. Sc̄do ponit monitiōē ibi (Dis autē uir orans ⁊c.) Circa p̄mū ponit triplicē cōparationem: quaz p̄ma est dei ad hominē dicēs. Dixi q̄ p̄cepta mea tenetis p̄ cōtrariū. Sed ut appareat uos irrationabiliter agere. Uolo uos scire tanq; rē necessariā. s̄ illud. Esa. 5. Captiuus ductus ē populus meus: qz nō habuit sciam. Qd̄ ois uiri caput x̄ps est: quidē dicit s̄m similitudinē capitis nālis in quo q̄tuoz cōsiderātur. P̄mo qdem p̄fectio: qz cū cetera mēbra vni solum sensum habeāt. s̄. tactū: in capite uigent oēs sensus. ⁊ s̄m i alyz uiris inueniunt singule gratie. s̄m illud qd̄ dicit ifra. 12. Aly datur p̄ sp̄m sermo sapiētie. aly sermo scie ⁊c. S̄z in hoīe x̄po est plenitudo oīuz gratiarū. Nō. n. ad mēsurā dat ei deus sp̄m: ut dicit Jo. 3. Sc̄do in capite inuenit sublimitas: qz ut. s̄. in hoīe est superius oibus mēbris. ita ēt x̄ps sup̄eminet nō solū oibus hoibus: sed etiā oibus angelis s̄m illud Ephe. 1. Cōstitūēs illū ad dexterā suā i celestibus sup̄ oēs p̄ncipatū ⁊ p̄tātē. Et ifra. Et ip̄s dedit caput sup̄ oēm ecclesiaz. Tertio in capite inuenit influētia: qua. s̄. quodā modo influit ceteris mēbris sensum ⁊ motū. ita a capite x̄po in cetera mēbra ecclesie motus ⁊ sensus sp̄ualis deriuat s̄m illud Col. 2. Nō tenēs caput ex quo totū cor / pus per nexum ⁊ iunctiōes subministratū ⁊ p̄structū cre scit in augmentū dei. Quarto in capite inuenit cōformitas nature ad cetera mēbra: ⁊ s̄m in x̄po ad alios hoīes. s̄m illud Phil. 2. In similitudinē hominū factus ⁊ habitū inētus ut homo. **C** Sc̄dā cōparationem ponit hoīs ad hoīem cum dicit. Caput aut̄ mulieris uir. Qd̄ etiā s̄z p̄dicta quatuoz uerificat. Nā p̄mo qdem uir ē p̄fectioz muliere non solum q̄tum ad corpus: qz ut p̄bus dicit in libro de gnōne aīalium femina est masculus occasionatus: sed etiā q̄tus ad aīe uigorē. s̄m illud Eccl. 7. Uirū ex mille reperi uirū mulierē ex oibus nō iueni. Sc̄do qz uir nāliter sup̄eminet femine s̄z illud Ephe. 5. Mulieres uiris suis subiecte sint sicut dño: qm̄ uir caput est mulieris. Tertio qz uir influit gubernādo mulierēz s̄m illud Heñ. 3. Sub uiri p̄tate eris ⁊ ip̄s dominabit̄ tui. Quarto uir ⁊ femina cōformes sunt in nā s̄z illud Heñ. 2. Faciam⁹ ei adiutorii s̄m sibi. **C** Ter-

tiam cōparationē ponit dei ad dñz cū dicit. (Caput uero x̄pi deus.) Est aut̄ cōsiderādū q̄ nomē x̄ps significat perso nam p̄dicatā rōe humane nāe: ⁊ sic hoc nomē deus nō sup̄ponit solū p̄sonā patris: sed totā trinitatē: ⁊ cui humani tate x̄pi sicut a p̄fectiozi oīa bona deriuant: ⁊ cui humani tate x̄pi subicit. Alio mō pōt itelligi s̄m q̄ hoc nomē x̄ps supponit dictā p̄sonā rōe diuine nāe. ⁊ sic hoc nomen de⁹ supponit p̄sonam patris: q̄ dī caput filij. nō qdē s̄m maior rem p̄fectionē: uel s̄m aliquā suppositionē: s̄z solū originē ⁊ s̄m cōformitatē nature: sicut i ps. dicit. Dñs dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Possunt aut̄ hec mystice accipi. put in aīa est qd̄dam sp̄uale cōiugū. Nam sensualitas femine cōparatur: rō uero uiri: p̄ quā sensualitas regi debz. Unde ⁊ caput eius dī. Ulpotius rō inferior q̄ inheret tēporalibus disponēdis mulieri p̄parat. uiri aut̄ rō superior: q̄ uacat cōtēplationi eternoꝝ: q̄ caput inferioris dī: qz s̄m rōnes eterne sunt tēporalia disponēda s̄z illud Exo. 25. Inspice ⁊ fac s̄z exēplar qd̄ tibi in monte mōstratum est. Dicitur autē caput uiri x̄ps: qz sola rō s̄z supiorē sui partem deo inheret.

**C** Lectio.

**II.**



**D**ñs aut̄ uir orans aut̄ p̄phetas uelato capite deturpat caput suū. **D**is aut̄ mulier orans aut̄ p̄phetans nō uelato capite deturpat caput suum.

**U**nū est enim ac si decaluetur. Nā ⁊ si nō uelatur mulier tōdeatur. Si uero turpe est mulieri tonderi aut̄ decaluari: uelut caput suū. Uir quidē nō debet uelare caput suū quoniā imago ⁊ gloria dei est: mulier aut̄ gloria uiri est.

**C** P̄missio documento subiūgit amonitionem: cuius rō sumitur ex documento predicto: ⁊ circa hoc duo facit. P̄tio ponit amonitionē ex parte uiri. Sc̄do ex pte mulieris ibi. (Dis aut̄ mulier ⁊c.) Dicit ergo p̄mo. Dicitur est q̄ caput mulieris ē uir. Dis aut̄ uir orans aut̄ p̄phetans uelato capite deturpat caput suū. Circa qd̄ cōsiderādū est q̄ qlibet hō iudici assistens suā cōditionē uel dignitatē debet p̄ferri: ⁊ p̄cipue assistēs deo q̄ ē omnū index. ⁊ ideo qui deo assistunt ordinatissime ⁊ ueniētissime se gerere debēt. s̄m illud Eccl. 4. Custodi pedē tuum ingrediēs domum dei. Dupliciter autem homo deo assistit. Uno mō humana i deuz referēs qd̄ quidē fit orādo. s̄m illud Eccl. 39. In cōspectu altissimi deprecabit̄. aperiet os suum in oratione: ⁊ p̄ delictis suis deprecabit̄. Alio mō diuina ad hoīes deferēs. qd̄ qdē fit p̄phetādo s̄m illud Joel. 2. Effundam sp̄m meū sup̄ oēm carnē ⁊ p̄phetabūt filij uestri. Uū signāter apls dicit. Uir orans ⁊ p̄phetans. Dis. n. duob⁹ modis uir deo tanq; iudici uel dño assistit. Dicit aut̄ p̄phetas dupliciter. Uno mō iquātū hō alyz annunciat q̄ ei diuinitus reuelatur. s̄m illud Lu. p̄mo. Zacharias pater eius impletus est sp̄u sancto ⁊ p̄phetauit dicēs. Benedict⁹ dñs deus isrl' ⁊c. Alio modo dī homo p̄phetans inq̄tum p̄fert ea que sunt alyz reuelata. unde illi q̄ in ecclesia dicunt p̄phetias uel alias sacras scripturas legūt dicūt p̄phetates. Et sic accipitur ifra. 14. Qui p̄phetat ⁊ ecclesiaz edificat. Et ita ēt hic accipitur. Pertinet autem ad dignitatem uiri ut ifra patebit. carere uelamine capitis. ⁊ iō dicit q̄ ois uir orans aut̄ p̄phetans uelato capite deturpat caput suum. i. remū cōuenientem sibi agit. Sicut enī in corpore pulchritudo dicitur ex debita p̄portione mēbroꝝ i cōuenienti claritate uel colore: ita in actibus humanis dicit pulchritudo ex debita p̄portione uerboꝝ uel factoꝝ in qbus lumē rōnis resplendet. Unde ⁊ per oppositum turpitudine itelligitur quādo p̄tra rōnem aliquid agit ⁊ nō obseruat debita

pportio in verbis et factis. Unde supra. 7. dictum est. Si quis turpem se videri existinat super virgine sua quod sit supradul-  
 ta. Sed hoc obicit. Nam multi velato capite in eccle-  
 sia orant absque omni turpitudine secretius orare volentes. Di-  
 cendum est autem quod duplex est oratio. Una privata: quae scilicet quis  
 deo offert in propria persona. Alia publica quae offert deo  
 in persona totius ecclesiae: ut patet in orationibus quae in ecclesia per sa-  
 cerdotes dicuntur et de talibus orationibus apostolus hic intelligit  
 Item obicit de hoc quod dicitur glo. quod prophetas dicit scriptu-  
 ras referans et in hoc ille quod predicat prophetat. Episcopi autem  
 predicant capite tecto mitra. Sed dicendum est quod ille quod predicat vel  
 docet in scholis ex propria persona loquitur. Unde et apostolus  
 1. Cor. 2. nominat euangelium suum. scilicet per industria qua utebatur  
 in predicatione euangelii: sed ille qui sacra scriptura in ecclesia re-  
 citat. puta legendo lectionem vel epistolam vel euangelium: ex  
 persona totius ecclesiae loquitur. Et de tali prophetate intelligi-  
 tur quod hic apostolus dicit. Sed tunc remanet obiectio de his qui  
 cantant psalmos in choro capite tecto. Sed dicendum quod psal-  
 mi non cantantur quasi ab uno singulariter se deo presentante  
 sed quasi a tota multitudine.

Deinde cum dicit. (Ois autem mulier etc.) ponit ammonitionem  
 contra ad mulieres dicens. Ois autem mulier orans aut prophetas  
 ut supra. non velato capite quod repugnat per conditionem ei-  
 deturpat caput suum. id est rem inconuenientem facit circa sui ca-  
 pitis detectionem. Sed contra hoc obicit quod apostolus dicit. i.  
 Thim. 2. Docere in ecclesia mulieri non permitto. Quo ergo  
 operetur mulieri ut oraret aut prophetet publica oratione aut do-  
 ctrina. Sed dicendum est hoc intelligendum esse de orationibus ac  
 lectionibus quas mulieres in suis collegiis proferunt.

Deinde cum dicit. (Unum est enim etc.) probat admoni-  
 tionem predictam. Et primo inducit probationem. Secundo proba-  
 tionis indicium auditoribus mittit ibi. (Vos ipsi iudicate etc.)  
 Circa primum duo facit. primo inducit probationem. Secundo exclu-  
 dit obiectionem ibi. (Verumtamen neque vir etc.) Circa primum  
 ponit triplicem probationem. quarum prima sumitur per comparationem  
 ad humanam naturam. Secunda per comparationem ad deum ibi.  
 (Vir quidem non debet etc.) Tertia per comparationem ad an-  
 gelos cum dicit. Et propter angelos. Circa primum considerandum  
 est quod natura que ceteris animalibus praeiudicat auxilia sufficientia  
 vite: hominibus praeiudicat ea imperfecta. ut per rationem arte versus ma-  
 nu sibi ea proficerent: sicut tauris dedit cornua ad defensionem  
 : homines autem arma defensionis sibi preparant ma-  
 nuali artificio rationis: et inde est quod ars imitatur naturam et proficit ea  
 quae natura facere non potest. Sic igitur ad tegumentum capitis na-  
 tura homini dedit capillos: sed quia hoc tegumentum insufficiente  
 ens est per arte preparat homo sibi aliud velamen. Eadem igitur  
 ratio esse de velamine naturali capillorum et de velamine artificiali  
 Naturale autem est mulieri quod comam nutriat. Dabet enim ad  
 hoc dispositionem nature et ulterius inclinatio quaedam inest mu-  
 lieribus ad comam nutriendam. In pluribus enim hoc accidit  
 quod mulieres magis studet ad nutriendam comam quam viri. Vi-  
 detur ergo conditioni mulierum conueniens esse quod magis utan-  
 tur velamine capitis quam viri. Circa hoc ergo tria facit.  
 Primo ponit conuenientiam velaminis naturalis et artificialis di-  
 cens. Dicitur est. mulier non velans caput deturpat caput  
 suum: unum est enim. scilicet unius rationis privari. scilicet velamine artifi-  
 ciali. ac si decaluet. id est ac si priuatur naturali velamine capillorum  
 quod in pena quibusdam dicitur Esa. 3. Decaluet dominus ver-  
 ticem filiarum sion et crines earum nudabit. Secundo ducit ad  
 inconueniens dicens. Nam si non velatur mulier tondeat. quasi  
 dicat si abicit velamen artificiale abiciat pari ratione etiam  
 naturale: quod est inconueniens. Sed contra hoc videtur esse  
 quod sanctimonialia tondentur. Ad quod dupliciter potest responde-  
 ri. primo quidem quod ex hoc ipso quod votum viduitatis vel virgi-  
 nitatis assumunt christo desponsante. promouentur in dignitate

virilem: utpote liberate a subiectione virorum et immediate  
 christo coniuncte. Secundo quod assumunt penitentiam lamentum religio-  
 nem intrantes. Est autem consuetudo viris quod tempore luctus  
 comam nutriat quasi hoc sit sue conditioni conueniens. mulie-  
 res autem e contrario tempore luctus comam deponunt. Unde  
 dicitur Iere. 7. Capillus tuus tonde et pyce: sive indirectum  
 planctum. Tertio concludit propositum dicens. Si vero turpe  
 est mulieri tonderi aut decaluari. id est priuari na-  
 turali velamine arte vel natura: velet caput suum utens  
 scilicet velamine artificiali.

Deinde cum dicit. (Vir quidem etc.) ponit secundam pro-  
 bationem que accipitur per comparationem ad deum. Et pri-  
 mo inducit probationem. Secundo probat quod supposuerat ibi. (Non  
 enim est vir etc.) Dicit ergo primo. Dicitur est quod turpe est  
 mulieri tonderi sicut et non velari: viro autem non est turpe:  
 cuius ratio est hec. Vir quidem non debet velare caput suum quod  
 est imago: et gloria dei. per hoc autem quod dicitur est ymago  
 dei excludit quorundam errorum dicentium quod homo solus  
 est ad imaginem dei non autem est imago. cuius contrarium  
 hic apostolus dicit. Dicebant autem quod solus filius est ymago: sed il-  
 lud Colo. 1. Qui est imago invisibilis dei. Est ergo dicendum  
 quod homo imago dei dicitur et ad imaginem. Est enim ima-  
 go imperfecta: filius autem dicitur imago non ad imaginem: quod  
 est imago perfecta. Ad cuius evidentiam considerandum est  
 quod de ratione imaginis in deo duo sunt. primo quidem similitudo  
 non in quibuslibet: sed vel ipsa specie rei sicut homo filius assi-  
 milatur patri suo. Vel in aliquo quod sit signum speciei: sicut  
 figura in rebus corporalibus. Unde qui figuram equi de-  
 scribunt dicuntur imaginem eius depingere. Et hoc est quod  
 dicit Hilarius in libro de synodis quod imago est species in-  
 differens. Secundo requiritur origo. Non enim duorum homi-  
 num qui sunt similes specie unus imago alterius dicitur: nisi  
 ex eo oriatur sicut filius a patre. Nam imago dicitur ab  
 exemplari. Tertio ad rationem perfecte imaginis requiritur  
 equalitas. Quia igitur homo similatur deo secundum memori-  
 am intelligentiam et voluntatem mentis: quod pertinet ad speciem  
 intellectualis nature: et hoc habet a deo: dicitur esse dei yma-  
 go: quia tamen deest equalitas est dei imago imperfecta. Et  
 ideo dicitur ad imaginem sed illud Hebr. 1. Faciamus homines ad imaginem  
 et similitudinem nostram. Sed filius qui est equalis patri est imago perfecta non  
 autem ad imaginem. Considerandum est etiam quod gloria dei dupli-  
 citer dicitur. Uno modo qua deus in se gloriosus est: et sic  
 homo non est gloria dei: sed potius deus est gloria hominis  
 secundum illud ps. Tu dicitur susceptor meus es: gloria mea. Alio  
 modo dicitur gloria dei claritas eius ab eo derivata. sed il-  
 lud Exo. vlt. Gloria domini impleuit illud. Et hoc modo hic dicitur  
 quod vir est gloria dei in quantum claritas dei immediate su-  
 per virum refulget secundum illud ps. Signatum est super nos  
 lumen vultus tui domine.

Deinde cum dicit. (Mulier autem etc.) ponit id quod est ex  
 parte mulieris dicens. Mulier autem est gloria viri etc. quod  
 claritas mulieris derivatur a viro. secundum illud Hebr. 2. Nec  
 vocabitur virago quoniam de viro sumpta est. Sed contra  
 hoc obicitur quod ymago dei attenditur in homine secundum  
 spiritum in quo non est differentia maris et femine. ut dicitur  
 Colo. 3. Non ergo magis debet dici quod vir dicitur ymago dei  
 quam mulier. Dicendum est autem quod vir dicitur hic specialiter ima-  
 go dei secundum quedam exteriora. scilicet quia vir est principium totius  
 sui generis: sicut deus est principium totius vniuersi: et quia de  
 latere christi dormientis in cruce fluxerunt sacramenta san-  
 guinis et aque a quibus fabricata est ecclesia. potest etiam  
 quantum ad interiora dici quod vir specialius dicitur ymago dei  
 secundum mentem in quantum in eo ratio magis viget. Sed melius di-  
 cendum quod apostolus signatim loquitur. Nam de viro dixit quod vir  
 imago et gloria dei est de muliere autem non dixit quod esset ima-  
 go



## Ad corinthios I.

go et gloria viri: sed solum quod est gloria viri: ut deus intelligi quod est imago  
 genem dei commune est viro et mulieri: esse autem gloria dei  
 immediate proprium est viri. Restat autem considerandum propter  
 quod vir non debeat velare caput sed mulier. Quod quidem duplici  
 ter accipi potest. Primum quidem quod velamen quod capiti supponitur  
 designat partem alterius super caput existentis ordine na-  
 ture: et ideo vir sub deo existens non debet velamen habere super  
 caput. ut ostendat se immediate deo subesse. mulier autem debet  
 velamen habere. ut ostendat se propter deum alteri naturali subesse. Un-  
 cessat obiectio de suo et subdito: quod hec subiectio non est naturali.  
 Secundo ad ostendendum quod gloria dei non est occultanda sed revelanda.  
 gloria autem hominis est occultanda. vnde in psalmo dicitur. Non nobis domine non no-  
 bis: sed nomini tuo da gloriam. **Lectio. III.**

**N**on enim vir ex muliere est. sed mu-  
 lier ex viro. Et enim non est creatus vir  
 propter mulierem. sed mulier propter  
 virum. Ideo debet mulier velamen  
 habere super caput suum. et propter angelos. Et  
 rursus neque vir sine muliere: neque mulier sine vi-  
 ro in domino. Nam sicut mulier de viro: ita et vir pro mu-  
 liere. Quia autem ex deo. Vos ipsi iudicate. decet mu-  
 lierem non velatam orare deum: nec ipsa natu-  
 ra docet vos. Quod vir quidem si comam nutriat igno-  
 minia est illi. mulier vero si comam nutriat gloria est  
 illi. quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. Si quis  
 autem videtur contentiosus esse: nos talem con-  
 suetudinem non habemus neque ecclesia dei.

**P**remiserat apostolus quod mulier est gloria viri: quod hic probare in-  
 tendit. Et circa hoc tria facit. Primum ponit probationes.  
 Secundo assignat rationem eius quod dixerat ibi. (Etenim non est crea-  
 tus etc.) Tertio infert conclusionem intentam ibi. (Ideo etc.)  
 Circa primum considerandum est quod sicut supra dictum est: mulier  
 dicitur gloria viri pro quadam derivatione: et ideo ad hoc probandum  
 subdit. Non enim prima. scilicet reprobatione vir est ex muliere: sed  
 formatus. scilicet mulier ex viro. Dicitur enim. Genesim. 2. Quod edificavit  
 dominus deus costam quam tulerat de adam in muliere. De vi-  
 ro autem dicitur. Formavit dominus deus homines de limbo terre.  
**Deinde cum dicit. (Etenim etc.)** Assignat rationem eius quod  
 dixerat. Ad cuius evidenciam considerandum est talis ordo pro-  
 fectionis et imperfecti: quod imperfectum in vno et eodem subiecto pri-  
 us est tempore quam perfectum. Primum enim aliquis homo est  
 puer quam vir: simpliciter tamen perfectum est prius imperfecto  
 etiam tempore. Nam puer producit ex viro. Nec igitur est  
 ratio quare mulier producta est ex viro: quod perfectior est mu-  
 lier quam ex hoc probat apostolus: quod finis est perfectior eo quod  
 est ad finem: vir autem est finis mulieris. Et hoc est quod di-  
 citur. Etenim non est creatus vir propter mulierem sed mulier pro-  
 pter virum in adiutorium. scilicet generationis: sicut patiens est pro-  
 pter agens: et materia propter formam. Unde dicitur Genesim. 2.  
 Non est bonum homines esse solus: faciamus ei adiutorium sicut sibi.

**Deinde cum dicit. (Ideo debet etc.)** Infert conclusionem  
 intentam dicens. Ideo. scilicet quod vir est imago et gloria dei: mulier  
 autem est gloria viri. mulier debet habere velamen super ca-  
 put suum: quando. scilicet deo assistit orando vel prophetando. ut  
 per hoc ostendat quod non immediate subest deo. sed subicitur  
 etiam viro sub deo. hoc enim significat velamen quod capiti  
 supponitur. Unde alia littera habet quod mulier debet habere  
 potestatem super caput suum: et idem est sensus. Nam ve-  
 lamina est signum potestatis sicut in psalmo dicitur. Imposuisti  
 homines super capita nostra.

**Deinde cum dicit. (Et propter angelos etc.)** Assignat tertiam rationem quod

sumitur ex parte angelorum dicens. Et etiam mulier debet  
 habere velamen super caput suum propter angelos. Quod  
 quidem dupliciter intelligi potest. Uno modo de ipsis ange-  
 lis celestibus qui ventus fidelium visitare creduntur, pre-  
 cipue quando sacra mysteria celebrantur. Et ideo tunc tam  
 mulieres quam viri ad reuerentiam eorum honeste et ordinate  
 se debent habere sicut in illud psalmo. In conspectu angelorum psal-  
 lam tibi. Alio modo potest intelligi sicut quod angeli dicuntur  
 sacerdotes in quantum diuina populo annunciant sicut in il-  
 lud Malachiam. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam et le-  
 ges requirent ex ore eius quod angelus domini exercituum est.

**Debet ergo mulier velamen habere semper in ecclesia propter angelos**  
 .i. propter sacerdotes duplici ratione. Primum quidem propter eorum reuerentiam  
 ad quam pertinet quod mulieres coram eis honeste se habeant. Vnde  
 dicitur Ecclesiastico. 7. Honora deum ex tota anima tua et honorifica sacer-  
 dotes illi. Secundo propter eorum cautelam. ne. scilicet ex conspectu mulierum  
 non velatarum ad concupiscentias prouocentur. Vnde dicitur Ecclesiastico. 9. Vir-  
 ginem ne aspicias ne forte scandalizeris in decore illi. Augu-  
 stinus autem aliter exponit predicta. Ouidius enim quod tam mulier quam vir est ad  
 imaginem dei propter quod dicitur Epistolam. 4. Renouamini spiritu mentis  
 vestre et induite nouum hominem: qui renouatur in agnitione dei sicut ima-  
 ginem eius: qui creauit eum: vbi non est masculus et femina. Et sic patet quod  
 imago dei attribuitur in homine sicut spiritum: in quo non est differentia  
 masculi et femine. et ideo mulier est imago dei sicut et vir. Expressse  
 enim dicitur Hebraicum. 1. qui creauit deus homines ad imaginem suam masculu-  
 lum et feminam creauit eos. et ideo Augustinus dicit esse intelligendum in  
 spirituali coniugio quod est in anima nostra in qua sicut supra  
 dictum est sensualitas: vel etiam inferior ratio se habet per  
 modum mulieris. ratio autem superior per modum viri in  
 qua attribuitur imago dei. et sicut hoc mulier est ex viro: et propter  
 virum: quod administratio reipublice temporalium vel sensibiliu: cui item  
 dicitur inferior ratio vel etiam sensualitas: debet deduci ex con-  
 templatione eternorum que pertinent ad superiorem ratio-  
 nem et ad eam ordinari. et ideo mulier dicitur habere vela-  
 men vel potestatem super caput suum ad significandum quod  
 circa temporalia dispensanda debet homo cohibitionem  
 quadam et refrenationem habere: ne ultra modum homo  
 progrediatur in eis diligendis. que quidem cohibitio circa amo-  
 rem dei adhiberi non debet: cum preceptum sit deuteronomio. 6. Di-  
 liges dominum deum tuum ex toto corde tuo. Nam circa deside-  
 rium finis non apponitur mensura: quam necesse est apponi circa  
 ea que sunt ad finem. Medicus enim sanitate inducit quod pro perfectio-  
 re potest: non tamen dat medicinam quod pro maiore potest. sicut sicut deter-  
 minata mensuras. Sic vir non debet habere velamen super caput.  
 Et hoc debet propter angelos sanctos. quod sicut in glo. dicitur  
 gratuita est sanctis angelis sacrata et pia significatio. Un-  
 de et Augustinus dicit. 19. de ciuitate dei. quod demones alliciuntur quod  
 busdam sensibilibus rebus. non sicut animalia cibis sicut spiritus signis.

**Deinde cum dicit. (Veritamen neque vir etc.)** Excludit  
 dubitationem que posset ex dictis oriri. Quia enim dixerat  
 quod vir est gloria dei. mulier autem est gloria viri. posset ali-  
 quis credere vel quod mulier non esset ex deo: vel quod non ha-  
 beret potestatem in gratia. Unde primo hoc excludit di-  
 cens. Licet mulier sit gloria viri: qui est gloria dei. verum-  
 tamen neque vir est in domino. id est a domino productus si-  
 ne muliere. neque mulier sine viro. vtrique enim. deus fecit sicut in  
 illud Genesim. 1. Mascululum et feminam creauit eos. Vel aliter ne-  
 que vir est sine muliere in domino. id est in gratia domini nostri iesu christi. ne-  
 que mulier sine viro: quod vterque per gratiam dei saluatur sicut in  
 illud Galatas. 3. Quicumque in christo baptizati estis christum  
 induistis. Et postea subdit. Non est masculus neque femi-  
 na: scilicet differens in gratia christi. Secundo assignat ra-  
 tionem dicens. Nam sicut in prima rerum institutione mu-  
 lier est de viro formata. ita et in subsequens generationibus  
 vir per mulierem productus est sicut in illud Job. 14.

Homo natus de muliere. Nam prima productio hominis fuit sine viro et muliere: quoniam deus formauit hominem de limo terre. Quia de costa viri: ut ibidem legitur. Tertia autem est ex viro et muliere: sicut abel natus est ex Adâ et Eua ut legitur gen. 4. Quarta autem est ex muliere sine viro christi ex virgine secundum illud Gal. 4. Misit deus filium suum factum ex muliere. Tertio ostendit rationes esse ueniētes dicens. (Dicit autem ex deo) quod scilicet et hoc ipsum quod mulier primo fuit ex viro: et hoc quod postmodum vir est ex muliere est ex operatioe diuina. Unde ad deum pertinet tam vir quam mulier. Unde dicitur Ro. ii. Ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia.

Deinde cum dicit. (Uos ipsi iudicate etc.) Committit iudicium eius quod dixerat auditoribus. Et circa hoc duo facit. Primo committit iudicium rationabilibus auditoribus ibi. (Si quis autem uir etc.) Circa primum quatuor facit. Primo committit auditoribus iudicium eius: quod dixerat more eius quod confidit se sufficere potuisse dicens. (Uos ipsi iudicate etc.) Pertinet. n. ad bonum auditorem iudicare de auditis. Unde dicitur Job. 6. Loquentes id quod in iustis est iudicate. Et. iz. nōne auribus uerba dii iudicat. Secundo proponit sub questione id de quo dicitur esse iudicium dicens. (Decet mulierem non uelata orare deum). Hoc prohibetur. i. Pe. 3. Ubi dicitur quare sit non exterius capillatura. Tertio ostendit non debere sumere suum iudicium: quod ab ipsa natura: et hoc est quod dicit. (Nec ipsa natura docet uos). Et uocat hic naturam ipsam inclinationem naturalem que inest mulieribus ad nutriendum comam que est naturale uelamen: non autem uiris. Que quidem inclinatio naturalis esse ostendit: quod in pluribus inuenitur: oratione autem ab ipsa natura doceri: quod est dei operatio: sicut in pictura instruit aliquis artificio pictoris: et ideo quosdam dicitur Esa. 24. Transgressi sunt leges mutauerunt ius: dissipauerunt fedus sempiternum. i. ius naturale. Quarto autem natura sumit rationes: et primo ponit id quod est ex parte uiri dicens: quod uir quidem si comam nutriat more mulieris ignominia est illi. i. ad ignominiam est reputata apud plures homines: quod per uir muliebrius esse. Et ideo Esa. 44. dicitur. Sacerdotes comam non nutriat. Nec est ista natura de quibusdam que in ueteri lege comam nutriuerunt: quod hoc erat signum quod tunc erat positum in lectione ueteris testamenti: ut dicitur scde cor. 3. Secundo ponit id quod est ex parte mulieris dicens. (Mulier si comam nutriat gloria est illi) quod uir ad ornatum eius pertinet. Unde dicitur Lan. 7. Lome capitis eius sicut purpura regis. (Et assignat consequenter rationes cum dicit. Quia capilli dati sunt ei). s. mulieri per uelamine: et ideo eadem ratio est de capillis nutriendis et de uelamine artificiali apponendo Lan. 4. Capilli tui sicut grex caprarum etc.

Deinde cum dicit. (Hoc facite etc.) Iniungit usus huius sacramenti dicens. Hoc facite quotiescumque sumetis in mea commemoratione. i. in memoria mee passionis. Unde et Tereus 3. dicit propheta. Memoria memor ero et tabescet in me anima mea. Et Esaias 43. Miserationem domini recordabor. Est autem notandum quod in calice principaliter quidem debet poni vinum rationibus supradictis. Debet autem apponi et aqua. Probabile enim est quod christus in cena vinum mixtum discipulis dedit propter consuetudinem terre illius in qua ut temperet fortitudinem vini ab omnibus vinum bibitur aqua mixtum. Unde et Proverbia 9. Sapientia dicit. Bibite vinum quod miscui vobis. Nihilominus tamen aqua vino mixta significat populum christianum christo per passionem coniunctum: secundum illud Apocalypsis 17. Aquæ populi sunt et gætes. Et participatio sanguinis christi a fidelibus pertinet ad usus sacramenti qui non est de necessitate huius sacramenti. Sed potest vinum consecrari absque aqua: licet peccet qui sic consecrat non seruans ritum ecclesie. Et id si sacerdos ante consecrationem vini aduertat quod aqua non fuerit apposita calici debet apponere. Si vero post consecrationem aduertat non debet apponere: sed debet perficere sacramentum. Nihil enim post consecrationem est sanguini christi miscendum: quia talis mixtio non potest esse sine qualicumque corruptione vini consecrati: quod pertinet ad crimen sacrilegi. Dicit autem quidam quod cum de latere christi pendentis in cruce fluxerit sanguis et aqua. ut legitur Iohannis 19. Sic vinum conuertitur in sanguinem: ita aqua in aqua. Sed hoc non competit: quia in illa aqua figuratur ablutio que est per baptismum. Et id alii dicunt quod facta conuersio vini in sanguinem aqua remanet in sua substantia. et circūregitur accidentibus vini. Sed nec competit: quia aqua admiscetur vino ante consecrationem: quoniam non differt ab alio vino. Unde non seorsum manet sed permiscetur. Et id videri potest quod aqua conuertitur in vinum: et sic totum conuertitur in sanguinem christi. Propter quod mos est modicum de aqua apponere et precipue si sit vinum debile quod non potest nisi modicum aque in seipsum conuertere.

Deinde cum dicit. (Quotiescumque etc.) Exponit verba domini que dixerat. Hoc facite in mea commemoratione dicentes. (Quotiescumque. n. manducabitis panem hunc etc.) Et dicit panem pro specie re manentes. Dicit autem hunc pro idem numero corporis signatum et pretium. Et calicem. scilicet hunc bibetis mortem domini annuntiabitis repentinam. scilicet ea per sacrificium. Et hoc donec veniat. i. usque ad ultimum eius aduentum in quo datur intelligi quod ritus ecclesie non cessabit usque ad finem mundi: secundum illud Matthei 28. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Et Lucæ 21. Non peribit generatio hec. scilicet ecclesie donec omnia fiant.

LECTIO. VII.



Itaque quicumque manducaverit panem et biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autem seipsum homo. et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit. non diiudicans corpus domini. Ideo iter vos multi infirmi et imbecilles et dormiunt multi. Quod si nos metipsos diiudicaremus: non utique iudicaremur. Dum iudicamur autem a domino corripiamur: ut non cum hoc mundo damnemur. Itaque fratres mei cum conuenitis ad manducandum iuciter expectate. Si quis esurit domini manducet ut non in iudicium conueniatis. Cetera autem cum venero disponam.

Postquam apostolus ostendit dignitatem huius sacri: hic excitat fideles ad sumendum illud reuerenter: et primo ponit periculum quod imminet indigne summentibus. Secundo adhibet salutare remedium ibi. (Probus autem etc.) Dicit ergo primo. Itaque ex quo hoc quod sacramentum manducatur est corpus christi: et quod bibitur est sanguis christi. Quicumque manducaverit hunc panem vel biberit calicem domini indigne reus erit corporis et sanguinis domini. In quibus verbis primo considerandum est qualiter aliquis indigne manducat et bibit: quod quidem secundum Beato conuenit dupliciter. Primo quidem quantum ad celebrationem huius sacri: quia aliquis aliter celebrat sacramentum eucharistie quam a christo traditum est. puta si offerat in hoc sacro alium panem quam triticum vel alium liquorem quam de vite. Unde Leviticus 10. Dicitur quod nadab et abiud filii Aaron obtulerunt coram domino ignem alienum quod eis preceptum non erat: egressusque ignis a domino deuorauit eos. Secundo ex hoc quod aliquis non deuota mente accedit ad eucharistiam. que quidem idoneo quibus est veniale. puta cum aliquis distrahitur a secularibus negotiis accedit ad hoc sacramentum habitualiter retinens debitam reuerentiam ad ipsum: et talis inde deuotio impedit fructum huius sacri qui est spiritualis refectionis: non tamen facit reum corporis et sanguinis domini: sicut hic apostolus loquitur. Quedam vero ideuotio est peccatum mortale: quia scilicet est cum contemptu huius sacri. putat dominus. Malac. 1. Vos polluistis nomen meum in eo quod dicitis. Mensa domini contaminata est: et quod supponitur correptibile. Et de tali ideuotio loquitur Beato. Tertio modo dicitur aliquis indignus ex eo quod cum voluntate peccandi mortaliter accedit ad eucharistiam. Dicitur enim Leviticus 21. Non accedat ad altare qui maculatus habet. Intelligitur aliquis maculatus peccati huiusmodi est in voluntate peccandi: quod tamen tollitur per penitentiam. Per contritionem quidem que tollit voluntatem peccandi cum proposito confitendi et satisfaciendi quantum ad remissionem culpe et pene eterne. per confessionem autem et satisfactionem quantum ad totalem remissionem pene et reconciliationem ad membra ecclesie. Et id in necessitate quidem: puta quoniam aliquis copiam confessionis huiusmodi non potest sufficere contritio ad summationem huius sacri. Regulariter autem debet confessio precedere cum aliqua satisfactione. Unde in libro de ecclesiasticis dogmatibus dicitur. Communicaturus satisfaciatur lacrymis et orationibus: et confidens de domino mundi: accedat ad eucharistiam intrepidus et securus. Sed hoc de illo dico quem capitalia peccata et mortalia non grauant. Namque que mortalia crimina post baptismum commissa premunt horrores prius publica penitentia satisfaciunt: et ita sacerdotis iudicio reconciliatum conuentioni sociari: si non vult ad damnationem eucharistiam percipere. Sed videtur quod peccatores non indigne accedant ad hoc sacramentum. Nam in hoc sacro sumitur christus qui est spiritualis medicus qui de se dicit. Matthei 9. Non est opus valentibus me



## Ad corinthios I.

dictus: sed male habetibus. **S**z dōz q hoc sacramētū ē spi-  
rituale nutrimentū: sicut baptisimus est spūalis natiuitas.  
Nascit aut aliq ad hoc vt uiuat sz nō nutrit nisi iā uiuū:  
z iō hoc sacfz nō cōpetit pctōribus q nōdū uiuūt p gratiā:  
cōpetit eis tamē baptisimus. Et preterea eucharistia est sa-  
cramētū charitatis z ecclīastice vnitatis: vt dicit Aug. su-  
per Jo. Cū igit pctōr careat charitate z sit separatus meri-  
to ab ecclīe vnitate: si accedat ad hoc sacramētū falsitate  
cōmittit duz significat se hēre charitatē quā nō hz. Qz tamē  
pctōr qnq; hz fidē huius sacramēti licitū est ei hoc sacfcm  
inspicere: qd oīo ifidelibus denegat: vt Dionysius dicit. 3.  
ca. ecclīastice hierarchie. **S**cdō cōsiderādū est quō ille  
q idigne sumit hoc sacfz sit reus corpis z sanguis dñi. Nō  
qdē in Glo. triplr exponit. Uno mō māliter. Incurrit enī  
reatū ex pctō cōmissio circa corp⁹ z sanguinē dñi: prout in B  
sacfo p̄tinet: qd idigne sumit. z ex hoc eius culpa aggraua-  
tur. Tāto est enī culpa grauior q̄to maior est p̄tra quē pec-  
caī. Heb. 10. Quāto magl putatis deteriora mereri suppli-  
cia eū q filiū dei p̄culauerit z sanguinē testamēti pollutū  
duxerit. **S**cdō expōit p̄ similitudinē vt sit sensus. Reus erit  
corp⁹ z sanguis dñi z mortis dñi penas dabit: hoc est ac-  
si xpm occiderit puniet: fm illud Heb. 6. Rursum crucifi-  
gēs sibi metipsos filiū dei z ostentui habētes. **S**z fm hoc  
videt grauisimū esse pctm̄ eoz qui idigne sumunt corpus  
xpi. **S**z dōm q pctm̄ aliqd hz grauitatem duplr. Uno  
ex ipsa spē pcti q sumit ex obiecto. z fm hoc grauius ē pec-  
catū qd p̄tra dīnitatē cōmittit. puta ifidelitas blasphemia  
vel aliqd hz qd cōmittit cōtra humanitatem xpi. Unī z  
ipse dñs Mat. 12. Qz qui dixerit verbū p̄tra filiūz hoīs re-  
mittere ei. q aut dixerit cōtra spūm̄ scūm nō remittere ei. Et  
iterū grauius est pctm̄ qd cōmittit p̄tra humanitatē in p̄-  
p̄tia spē q̄ sub spē sacfi. Alio mō grauitas pcti attendit ex  
p̄te peccātis. Magis aut peccat q ex odio aut inuidia vel  
ex q̄cūq; malicia peccat sic peccauerunt illi q xpm crucifi-  
xerūt q̄ q peccat ex ifirmitate: sicut iterduz peccāt illi qui  
idigne sumunt hoc sacfcm. Nō ergo p hoc itelligit q pctm̄  
idigne sumentiū hoc sacfcm cōparet pctō occidentiū xpm  
fm equalitatē: sz fm similitudinē speciei: qz vtrūq; est circa  
eundē xpm. Tertio mō exponit. Reus erit corp⁹ z san-  
guinis dñi. i. corpus z sanguis dñi faciēt eū reū. Ita enī bo-  
nū male sumptū nocet sic pdest malū quo qs bñ vit: sic  
stimulus sathane paulo. Per hec at̄ verba excludit̄ error  
quozūdā dicētiū q q̄ statiz hoc sacfcm tāgīt a labys pctō-  
ris desinit sub eo eē corpus xpi. **C**ōtra qd est qd ap̄ls di-  
cit. Quicūq; māducauerit panē hūc vel biberit calicē dñi  
idigne. **S**cdm̄ enī p̄dictā opinionē nullus idignus mādu-  
caret vel biberet. Cōtrariatur aut̄ p̄dicta opio veritati h̄  
sacfi fm quā tādiū corpus z sanguis xpi manēt in sacfo q̄-  
diū remanēt spēs in quocūq; loco existāt.

**C** Deide cū dicit. (Probet aut̄ rē.) Adhibet remediū p̄tra  
p̄dictū piculū. Et p̄mo ponit remediū. **S**cdō assignat rōnē  
ibi. (Qui enī māducat rē.) Tertio rōnē māifestat p̄ signū  
ibi. (Jō iter vos rē.) Dicit̄ ḡ p̄mo. Qz tm̄ reatū icurrit qui  
idigne sumit hoc sacfcm: iō necesse est: vt p̄mo homo seipm̄  
p̄bet. i. diligēter examinet suam p̄sciam ne sit in eo volūtas  
peccādi mortaliter vel aliqd pctm̄ p̄teritū de quo nō suffi-  
ciēter penituerit: z sic post diligētē examinationē de pane  
illo edat z de calice bibat: qz digne sumētibus nō est vene-  
nū sz medicia. Gal. vlt. Opus aut̄ suūz p̄bet vnusquisq; z  
Lor. 13. Si estis in fide xpi: vos p̄bate.

**C** Deide cū dicit. (Quicūq; n. māducauerit rē.) Assignat  
rōnē p̄dicti remediū dicēs. Jō p̄batio p̄exigitur. Qui enīz  
idigne māducat z bibit iudiciū. i. cōdemnationē sibi man-  
ducat z bibit: sic d̄ Jo. 5. Resurgēt qui male egerunt in re-  
surrectionē iudiciū. Nō diuicias corpus dñi. i. ex eo q nō

discernit corpus dñi ab alijs idifferenter ipm̄ assumēs: sic  
alios cibos. Leui. 22. Dis homo q accesserit ad ea que cō-  
secrata sunt in quo est imūdia pibit corā dño. **C** Sz cō-  
tra videt̄ eē qd dicit̄ Joan. 6. Qui māducat me uiuit p̄pter  
me. **C** Sz dōm est q duplex est modus māducati hoc sa-  
cramētū. s. spūalis z sacramentalis. Quidam ḡ māducat sa-  
cramētalr z spūaliter: qui. s. ita sumūt hoc sacfcm q etiā rē  
sacramēti participāt. s. charitatē p̄ quaz est ecclīastica vni-  
tas. Et de talibus itelligit̄ verbū dñi iductū. qui māducat  
me uiuit p̄pter me. Quidā vero māducat sacramētaliter  
tm̄: qui. s. ita hoc sacfz percipiūt q rē sacfi. i. charitatē non  
habēt: z de talibus itelligit̄: qd hic d̄. Qui māducat z bi-  
bit idigne iudiciū sibi māducat z bibit. Est aut̄ p̄ter duos  
modos qbus sumit̄ sacramētū hoc. Tertius modus sumē-  
di quo māducat̄ per accidēs. dū. s. sumit̄ nō vt sacfcm. qd  
quidē cōringit̄ triplr. Uno mō sicut qñ aliq̄s fidelis sumit  
hostiā cōsecratā quā nō credit esse cōsecratāz. Talis enīz  
hz habitū vtendi hoc sacramēto. Alio modo sic qñ hostiā  
cōsecratā sumit aliquis ifidelis qui nullā fidē hz huius sa-  
cramēti. Talis enī nō hz habitū vtendi hoc sacfo: sed solū  
potētiā. Tertio mō sic qñ hostiā cōsecratāz comedit̄ mus  
vel qdlibet aial brutū qd etiā nō hz potētiā vtēdi hoc sa-  
cramēto. Ex hoc igit q spūaliter sumētes hoc sacfz acqui-  
runt vitā. alliciuūt quidā ad hoc q frequenter hoc sacfcm  
assumāt. Ex hoc aut̄ q idigne sumētes acgrūt sibi iudiciū  
plures deterrent vt rarius sumāt: z vtrūq; cōmendādum  
videt̄. Legimus enī Luc. 19. Qz Zacheus recepit xps gau-  
dens in domū suā in quo eius charitas cōmendat̄. Legit̄  
etiam eodez. 7. q centurio dixit xpo. Non sum dignus vt  
itres sub tectuz meuz. In quo cōmendatur honor z reuerē-  
tia eius ad xpm. Qz tamē amor preferit timorē p se loquē-  
do: cōmēdabilius esse videtur q aliquis frequētius sumat  
q̄ q rarius. Quia tamē qd est in se eligibilius pōt eē min⁹  
eligibile q̄tum ad hunc vel illū. cōsiderare qlibet in seip̄o  
debz quē effectū in se habeat frequens susceptio huius sa-  
cramēti. Nā si aliquis sentiat se pficere i seruoque dilectio-  
nis ad xps z in fortitudine resistēdi peccatis que plurimū  
cōsequūt̄ hoies d̄z frequēter sumere. Si vero ex frequen-  
ti sumptiōe sentiat aliquis in se minus reuerentiaz huius  
sacramenti monendus est vt rarius sumat. Unde z in lib.  
de ecclīastice dogmatib⁹ dicit̄. Quotidie eucharistiaz  
sumere nec laudo nec vitupero.

**C** Deinde cū dicit. (Ideo iter vos rē.) Manifestat predi-  
ctam rationē per signū. Et p̄mo ponit signūz. **S**cdō assi-  
gnat causam illius signi ibi. (Qz si nosmetipsos rē.) Circa  
p̄mūz considerandūz est. q sicut Augu. dicit in p̄mo de ci-  
uitate dei. Si omne peccatū nunc manifeste deus plecter-  
ret pena: nihil vltimo iudicio resuari putaretur. Rursum  
si nullum peccatū nunc puniret: nulla esse diuina prouidē-  
tia crederetur. In signū ergo futuri iudiciū deus etiā in B  
mundo p peccato quosdaz temporaliter punit. quod ma-  
xime obseruatū videtur in p̄ncipio legis latationis tam no-  
ue q̄ veteris. Legimus enī Exo. 32. Propter peccatuz vi-  
tuli aurei adorati multa milia hoīum perempta. Rursum  
legitur Act. 5. Propter pctm̄ mēdacy z furti ananiaz z sa-  
phirā interysse. Unī z p̄pter pctm̄ huius sacramēti idigne  
sumptialiq in p̄nititiua ecclīa puniebant̄ a deo ifirmitate  
corporali vlt̄ morte. Unī dicit̄ Jō. 5. in signū futuri iudiciū.  
Inter vos multi idigne sumētes corp⁹ xpi sunt ifirmi coz-  
poraliter. ps. Multiplicate sūt ifirmitates. Et imbecilles  
.i. lōga inualitudine laborātes. Et dormiunt multi. s. morte  
corporali fm q sumitur dormitio. p̄ ad Testal. 4. Nolu-  
mus vos ignorare de dormiētibus.

**C** Deinde cum dicit. (Qz si nosmetipsos rē.) Assignat dupli-  
cem rationem predicti signi. quarum p̄ma sumitur ex par-

te nostri. Scda ex pte dei ibi. (Luz iudicamur aut rē.) Ex parte aut nostra causa vine punitiōis est negligētia qua in nobis ipis pctā cōmissa punire negligimus. Un̄ dicit. q̄ si nosmetipos diiudicaremur redarguēdo r̄ puniēdo peccata nostra: nō vtiq; iudicaremur. i. nō puniremur a dño: neq; postmodū in futuro: neq; etiā in presenti. (S; cōtra ē qd̄ supra. 4. dictū est. S; neq; meipm iudico. Et Ro. 14. dī. Beatus qui nō iudicat semetipsum. S; dōz est q̄ aliquis pōt seipsum iudicare triplr. Uno mō discutiēdo. r̄ sic aliquis dōz iudicare seipsum: r̄ q̄tum ad opa p̄terita: r̄ q̄tum ad futura: fm̄ illud Gal. vlt. Opus suuz p̄bet vnusquisq;. Alio modo snialiter seipsum absoluēdo quasi iudicādo se i nocētē q̄tum ad p̄terita: r̄ fm̄ hoc nullus dōz iudicare seipz vt. f. se inocētē iudicet: fm̄ illud Job. 9. Si iustificare me voluero os meū cōdēnabit me. Si inocētē me ostēdero prauū me p̄probabit. Tertio mō reprehēdēdo: vt. f. faciat aliqd̄ qd̄ ipse indicat eē maluz. Et hoc mō itelligit qd̄ idu ctuz est. Btūs est qui nō iudicat semetipsum in eo qd̄ p̄bat. S; q̄tum ad ea q̄ iaz fecit dōz qlibet seipm iudicare: reprehēdēdo r̄ puniēdo p̄ maleficijs. Un̄ dī Job. 13. Uias meas in cōspectu eius arguā. r̄ 23. Pōnā corā eo iudiciū r̄ os meū replebo i crepatiōibus. Et de hoc iudicio Aug. dīc in li. de p̄nā: r̄ iducit̄ hic in Glo. Verlet̄ añ oculos n̄ros imago futuri iudici: r̄ ascēdat hō aduersuz se ante faciē suam: atq; cōstituto in corde iudicio affit̄ accusans cogitatio r̄ te stis scia r̄ carnifex cor. Inde qd̄ sanguis animi cōfiteētis p̄ lachrymas p̄fluat: postremo ab ipsa mēte talis snia p̄ferat̄: vt se idignū hō iudicet p̄cipie cor̄pis r̄ sanguis dñi.

**D**eide cū dīc. (Luz iudicamur aut rē.) Pōnit̄ cāz q̄ est ex pte dei dicēs. Luz iudicamur aut a dño. i. i hoc mūdo punimur. Corripimur. i. hoc fit ad correptionē nostrā. dūz. f. qlibet p̄pter penā quā sustinuit a pctō recedat. Un̄ r̄ Job. 5. dī. Beatus vir qui corripitur a dño. Et puer. 3. Quez diligit dñs corripit. Uel ēt dūz p̄ penā vnus ali' peccādo desistit. Prouer. 19. Pestilēte flagellato stult' sapiētiōr erit. r̄ hoc iō vt nō dānemur eterna dānatiōe in futuro cū hoc mūdo. i. cū hoibus mundanis.

**D**eide cū dicit. (Itaq; frēs mei rē.) Reducit eos ad debitā obseruātiāz. r̄ p̄mo ponit̄ id qd̄ nūc ordinat. Scdo ponitur p̄missio de ordinatiōe futura. ibi. (Cetera aut.) Circa p̄mū tria facit. P̄mo ponit̄ ordinatiōē suā dicēs. (Itaq; frēs mei rē.) Ne vnusq; cenā suā p̄sumat ad māducādū cū cōuenitis. f. in ecclia ad māducādū. f. corpus xpi iuicez expectate. vt. f. simul oēs sumatis. Un̄ r̄ Exo. 12. dicit. Immolabit̄ eduz multitudo filioz israel. Scdo excludit̄ excusationē dicēs. (Si quis aut̄ esurit rē.) Et non pōt̄ trāspectare. domi māducet. f. cōes cibos: postmodū eucharistiā nō sumpturus. Eccl. 36. Omnē escam māducabit v̄ter. Tertio rōnem assignat dicēs. (Ut nō conueniatis.) f. ad sumēdū cor̄p' xpi i iudiciū. i. i v̄fraz cōdēnationez.

**D**einde ponitur p̄missio. cū dicit. (Cetera.) f. q̄ non sunt tāti periculi cūz venero p̄sentialr̄ disponā: qualr̄. f. ea cōseruare debeatis. Ex q̄ p̄z q̄ ecclia multa habet ex dispositione apostolor̄: que in sacra scriptura non continent̄. Eccl. 10. Liuitates inhabitantur. i. ecclesie disponēnt̄ per sensum prudentiū. f. aploz. CAP. XII.



**D**e sp̄sialib' autem nolo vos ignorare fratres. Scitis autem quoniā cū gētes essetis ad simulacra muta p̄ut ducebamini eūtes: iō notū vob̄ facio. q̄ nemo i sp̄u dei loq̄ns dīc̄ anathema iesu. Et nemo potest dicere domin' iesus nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratia

rum sunt. idem aut̄ spiritus. Et diuisiones ministracionum sunt: idem autē dominus. Et diuisiones operationum sunt. idem vero deus q̄ operatur omnia in omnibus.

**C** Postq; apostolus p̄secutus est de tribus sacramentis. f. baptismo matrimonio r̄ eucharistia. hic incipit dēterminare de his que pertinent ad rem sacramētorum. Est autē duplex res sacramēti. Una significata r̄ p̄tēta. f. gloria resurrectionis que in fine expectatur. P̄mo ergo agit de donis gratiarum. Secūdo de gloria resurrectionis. 15. ca. ibi. (Notū aut̄ vobis facio rē.) Circa p̄mū agit de gratijs gratis datis. Secūdo p̄fert oibus his charitatē que pertinet ad grām gratis facientē. 13. ca. ibi. (Si linguis hoīuz rē.) Tertio comparat grās gratis datas adinuicem. 14. ca. ibi. (Sectamini charitatē rē.) Circa p̄mū duo facit. p̄mo p̄hemialr̄ exponit qd̄ itendat dicēs. Dixi q̄ cetera que pertinent ad vsuz sacramētoz cūz venero disponā. S; quedā statiz vobis tradere opz. r̄ hoc est qd̄ dicit. (De sp̄sialibus aut̄.) i. de donis gratiaruz que sunt a sp̄sco: o fratres nolo vos ignorare. Est enī maximū genus igratitudinis ignorare b̄nficia accepta: vt Seneca dicit in lib. de b̄nficijs: r̄ iō vt homo nō sit deo igratus nō debet sp̄siales grās ignorare. supra. 2. Spirituz accepimus qui ex deo est vt sciamus que a deo donata sunt nobis. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus: qz nō habuit sciam. f. sp̄sialium.

**C** Secūdo ibi. (Scitis qm̄ cū gētes rē.) p̄sequit̄ suā intentionē. r̄ p̄mo ostēdit sp̄sialiu' graruz necessitatē. Scdo ponit̄ gratiaz distributionē ibi. (Diuisiones vero rē.) Necessitas aut̄ alicui rei maxie cognoscit̄ ex defectu ipsius. Un̄ circa p̄mū duo facit. P̄mo ponit̄ defectū quē patiebantur ante susceptā gratiā. Scdo cōcludit̄ gratie necessitatē ibi. (Iō notūz vobis rē.) Dicit̄ ḡ p̄mo. Scitis quasi expti qm̄ cū essetis gētes. i. gētiliter viuentes nōdū suscepta grā per baptismū. Gal. 2. Nos enīz natura iudei nō ex gētib' peccatores. Ephe. 4. Hentes ambulāt in vanitate sensus sui. Eratis euntes quasi prompta mēte r̄ assidue: fm̄ illud Jer. 8. Omnes cōuersi sunt ad cursum suum quasi equus in impetu vadēs in prelium. Prouerb. p̄mo. Pedes eoz ad malū currūt. (Ad simulacra muta.) f. adorāda r̄ colenda. fm̄ illud. ps. Os habēt r̄ nō loquētur. Et ponit̄ sp̄sialiter in eis defectū locutiōis: qz locutio est p̄p̄i' effect' cognitōis. vñ ostēdit̄ nō itelligere simulacra: r̄ per p̄ns nihil dinitatis habere si sunt muta. Et hoc prout ducebamini. i. sine aliqua resistētia. Ducebātur autem vel allecti ex pulchritudine simulacroruz. Unde dicitur in epistola Jeremie. Uidebitis in Babylonia deos aureos r̄ argenteos videte ne metus vos capiat in ipsis. Aut etiā ex imperio alicuius p̄cipis: sicut legitur Dan. 3. Qz Nabuchodonosor cogebat homines adorare statuam aureaz. r̄ secūdi Machab. 6. dicitur de quibusdā q̄ ducebātur cūz amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia. Uel etiāz instinctu demonum qui ad hoc precipue anhelant vt diuinus cultus eis exhibeatur: fm̄ illud Mat. 4. Dec omnia tibi dabo si cū adoraueris me. Ibat̄ ergo ad ydola colēda prout ducebātur. i. sine aliqua resistētia: sicut de iuvene etiā vecoz de dicitur. Prouerb. 7. Statim eaz sequitur quasi bos ductus ad victimā. Per hoc ergo apparet q̄ homo añ susceptam grām prompte currit in peccatū sine resistētia. Specialiter autē fac̄ mētionē de peccato ydolatrie p̄pter tria. P̄mo qdem: qz hoc est peccatus grauissimus itroducere aliū deū sicut grauissime peccaret cōtra regem qui alium regē in regnū eius itroduceret. Unde dicitur Job. 31. Si vidi solem cū fulgeret r̄ lunā incedentē clare: r̄ osculatus manum meaz. f. quasi cultoz solis: r̄ lune que est iniquitas.

## Ad corinthios I.

maxima et negatio contra deum altissimum. Secundo. quia a peccato ydolatrie omnia alia peccata oriebantur: secundum illud Sapientia 14. Nephadorum ydolorum cultura omnis mali causa est. Tertio. quia hoc peccatum apud gentes commune erat et non reputabatur. Unde in psalmo. Omnes domus gentium demonia. Est autem considerandum quod quidam dixerunt homines in peccato mortali existere sine gratia quidem non posse a peccato cui subiacet liberari: quia remissio peccatorum non fit nisi per gratiam: secundum illud Romanorum 3. Iustificati per gratiam eius: posse autem se perseverare a peccato mortali sine gratia per liberum arbitrium. Sed hec positio non videtur vera. Primo quidem. quia non potest aliquis se a peccato mortali perseverare nisi omnia legis precepta servando: cum nullus mortaliter peccet nisi transgrediendo aliquod legis preceptum: et ita posset aliquis obviare omnia legis precepta sine gratia quod est heresis pelagiana. Secundo. quia charitate per quam deus diligitur super omnia nullus potest habere sine gratia: secundum illud Romanorum 5. Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Non potest autem esse quod homo omnia peccata declinet nisi deum super omnia diligat: sicut illud magis pretemnit quod minus diligitur. Poterit ergo esse per aliquod tempus quod ille qui caret gratia a peccato abstinere quousque occurrat illud propter quod dei preceptum pretemnet a quo ducitur ad peccandum. Signanter autem apostolus dicit. put ducebamini.

Deinde cum dicit. Ideo notum vobis facio etc. Concludit duos effectus gratie quorum primus est quod facit abstinere a peccato. Secundus est quod facit operari bonum et bene ponit ibi. Et nemo potest etc. Dicit ergo. primo ex quo quod sine gratia eratis prompte ad peccandum currebatis. Ideo notum vobis facio quod si gratiam habuissetis hoc vobis non contigisset. Nemo enim in spiritu dei etc. id est in spiritu dei loquens dicit anathema iesu etc. id est blasphemiam dei iesum: secundum illud Iohannis 4. Omnis spiritus qui solvit iesum ex deo non est. Notandum quod supra posuit gravissimum peccatum quod est blasphemiam: quod per gratiam declinat: ut de alijs minoribus peccatis intelligat. Potest autem bene quod dicit anathema iesu intelligi quodlibet peccatum mortale. Anathema. n. separationem significat. De ab ana quod est sursum: et thesis quod est positio quasi sursum positum: quia olim res que ab usu hominum sepabantur suspendebantur in templis vel in locis publicis. De autem peccatum mortale separat a iesu: secundum illud Esaias 59. Iniquitates vestre dividerunt iter vos et dei vestrum. Quicunque ergo mortaliter peccat dicit corde vel ore anathema. id est separationem a iesu. Nemo ergo in spiritu dei loquens dicit anathema iesu: quia nullus per spiritum dei peccat mortaliter: quia ut dicitur Sapientia 1. Spiritus sanctus discipline effugiet fictum: sed secundum hoc videtur quod quicunque habet spiritum sanctum non possit peccare mortaliter: quia et dicitur Iohannis 3. Omnis qui natus est ex deo peccatum non facit: quia semen ipsius in eo manet. Sed videtur esse. quod quantum est ex spiritu dei homo non facit peccatum: sed magis a peccato retrahitur: potest tamen peccatum facere ex defectu voluntatis humane que spiritus sancto resistit: sed illud Actuum 7. Vos autem semper spiritus sancto resistitis. Non enim per spiritum sanctum inhabitantes tollit facultas peccandi a libero arbitrio totaliter in vita presentis: et ideo signanter apostolus non dixit. Nemo spiritum dei habens sed nemo in spiritu dei loquens.

Deinde cum dicit. Et nemo potest etc. ponit secundum effectum gratie. id est quod sine ea homo non potest bonum operari. Dicit ergo. Et nemo potest dicere quod iesus est dominus nisi in spiritu sancto. Contra quod videtur esse: quia per spiritum sanctum homo introducit in regnum celorum: sed illud psalmi. Spiritus tuus bone deducet me in terram rectam. Dominus autem dicit. Mattheus 7. Non omnis qui dicit dominum dicitur: domine intrabit in regnum celorum. Non omnis ergo qui dicit dominum iesum dicitur in spiritu sancto. Dominum est autem quod dicere aliquid in spiritu sancto potest intelligi dupliciter. Uno modo in spiritu sancto mouente sed non habito. Mouet enim spiritus sanctus corpora aliquorum: ad loquendum quos non inhabitat. sic legitur Iohannis 11. Quia cayphas hoc quod de utilitate mortis christi predixerat a semetipso non dixit: sed per spiritum prophetie. Balaam et multa vera predixit motus a spiritu sancto. ut legitur Numi 23. et 24. Licet enim non haberet. Secundum hoc est

quod intelligendum est quod nullus potest dicere quodcumque verum nisi a spiritu sancto motus: quod est spiritus veritatis. de quo dicit Iohannis 16. Cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Unde et in hoc Ambrosius dicit. De verum a quocumque dicat a spiritu sancto est. Et spiritualiter in illis que sunt fidei que per spiritum sanctum reuelationem spiritus sancti sunt habita iter que est quod iesus sit omnium dominus. Unde Actuum 13. Tertissime sciat omnis domus israel quia deus fecit hunc dominum iesum quem vos crucifixistis. Alio modo loquitur aliquis in spiritu sancto mouente et habito. Et hoc et potest verificari quod hic dicitur. ita tamen quod dicere accipiat non solum ore: sed et corde et opere. Dicit enim aliquid corde: secundum illud psalmi. Dixit insipiens in corde non est deus. Dicit et aliquid opere in quantum exteriori opere aliquis suum preceptum manifestat. Nemo ergo nisi habendo spiritum sanctum potest dicere iesum dominum. ita. scilicet quod non solum hoc ore committat: sed etiam corde reuerentiam ipsi ut dominum: et opere obediat ipsi quasi domino. Sic igitur ex verbis premissis tria circa gratiam considerare possumus. Primo quod sine ea peccatum homo vitare non potest: sed illud psalmi. Nisi quia dominus adiuvit me paulominus in inferno habitasset anima mea. Secundo quod per eam vitatur peccatum: sed illud psalmi Iohannis 3. Qui natus est ex deo non peccat. Tertio quod sine ea non potest homo bonum facere: sed illud Iohannis 15. Sine me nihil potestis facere.

Deinde cum dicit. Divisiones vero etc. Incipit distinguere gratias gratis datas. et primo distinguit eas in generali. Secundo manifestat in speciali ibi. Unicuique autem datur etc. In his autem que per gratiam spiritus sancti conferuntur tria opera considerare: primo quod de facultate hominum ad operandum. Secundo auctoritatem. et executionem utriusque. Facultas quidem habet per donum gratie. puta per prophetiam vel preteritatem faciendi miracula aut per aliquid habens auctoritatem autem habet per aliquid misterium. puta per apostolatum vel aliquid habens. Executio autem pertinet ad operationem. Primo ergo distinguit gratias. Secundo ministeria. Tertio operationes. Quatum ergo ad primum dicit. Ostendi necessitatem gratie que tamen non totaliter aduenit omnibus nisi christo cui datus est spiritus non ad mensuram: ut dicitur Iohannis 3. sed quantum ad alios sunt divisiones gratiarum: quia quidam abundat in una: quidam in alia. Sicut enim in corpore naturali caput habet omnes sensus: non autem alia membra: ita in ecclesia solus christus habet omnes gratias que in alijs membris dividuntur: quod significatur Gene 12. Ubi dicitur quod fluvius. id est gratiarum egrediebatur ad irrigandum paradisum qui inde dividitur in quattuor capita. Et Mattheus 25. dicitur. Et quod vni dedit quinq; talenta: alij duo: alij unum. Et quis dona gratiarum sint diuersa que a diuersis habentur non tamen procedunt a diuersis actoribus: sicut ponebantur gentes qui sapientiam attribuebant minerue. locutionem mercurio: et sic de alijs. Ad quod excludendum subdit. Idem autem spiritus. id est sanctus qui est actor omnium gratiarum. Ephe 4. Unum corpus et vnus spiritus. Et Sapientia 7. Est spiritus vnus et multiplex. vnus in substantia multiplex in gratijs.

Deinde ponit distinctiones ministracionum dicens. Et diuisiones ministracionum sunt. id est diuersa ministeria et officia requiruntur ad gubernationem ecclesie. Prelati enim ecclesie ministri dicuntur. supra 4. Sic nos existimet homo ut ministros christi: pertinet autem ad decorem et perfectionem ecclesie: ut in ea diuersa ministeria sint que significantur per ordines ministracionum: quod mirabatur regina Saba in domo Salomonis: ut legitur 3. Regum 10. Omnes tamen vni domino seruiunt. Unde subdit. Idem autem dominus. supra 8. Nobis vnus dominus iesus christus per quem omnia.

Deinde ponit distinctionem operationum dicens. Et diuisiones operationum sunt. quibus aliquis in seipso bonus operatur: sicut per ministraciones ad proximum. psalmi. Exhibet homo ad opus suum. id est sibi proprium. Eccle 33. Immutauit. id est distinxit vias. id est operationes eorum que tamen omnes procedunt ab vno principio. Unde subdit. Idem vero deus qui operatur

oia. sicut prima cā creans oēs opationes. Ne tñ alie cāe vi deant esse supflue: subdit. In oib' qz in causis secundarijs pma cā opat. Esa. 26. Dia opa nostra opatus es in nobis. Et notādum qd apls valde cōgrue gratias attribuit spiri- tui q est amor: qz ex amore pcedit qd aliquid gratis detur ministerij a dño cui ministrat. opatōes deo sicut pme cāe mouenti. Et qd dicit spiritus pōt referri ad psonam spirit' sancti. Et dicit dñs ad personam filij. qd dicit deus ad per- sonam patris. Vel hec tria possunt attribui spūi sancto q ē dominus deus.

**Lectio. II.**

**M**anifestatio autē dat manifestatio spūs ad vtilitatem. Alij quidez per spiritū dat sermo sapientie: alij autē sermo scientie s̄m eundem spirituz. Alteri fides in eodem spiritu. Alij gratia sanitatuz in vno spiritu. Alij operatio virtutum: alij ppheta: alij discretio spirituz: alij genera linguaz: alij interpretatio sermonum. Hec autē omnia operatur vnus atqz idem spiritus: diuidens sin- gulis prout vult.

**C**onposita in generali distinctione grāz et ministracionuz: et opationū: hic manifestat ea q dixerat in spāli: et pmo qstuz ad diuisionē gratiaz. Secdo quātū ad diuisionē ministracionum ibi (Et quosdā qdem posuit deus etc.) Circa p̄mū duo facit. P̄mo ponit distinctionē gratiaz in spāli. Secundo adhibet similitudinē ibi (Sicut enim corp' etc.) Circa p̄mū tria facit. P̄mo ponit grāz cōditionē gratis dataruz. Secdo ponit eaz distinctionem ibi (Alij qdem datur etc.) Tertio describit eaz actionez ibi (Hec autē oia etc.) Dicit ergo p̄mo. dictū ē q sunt diuisiones grāz. Unicusqz autēz datur in quo designat eaz subiectū. Sicut enī nullū mē- brū est in corpore qd nō p̄cipet aliquo mō sensum v' motū a capite: ita nullus est in ecclesia q nō aliqd de gratijs spi- ritus sancti p̄cipet. s̄m illud. Mat. 25. Dedit vnicuiqz s̄z p̄p̄riā virtutem. Et Ephe. 4. Unicusqz nostrū data est grā Manifestatio spūs in quo designat officium gratie gratis date. Pertinet autē ad gratiā gratū faciētem q p eaz spiri- tus sanctus inhabitet: qd qd nō p̄tinet ad gratiam gratis datā: sed solū vt p eam spūs sanctus manifestet sicut inte- rior motus cordis p vocē. Unde Jo. 3. dī. Vocē ei' audis. Et in. ps. dī. Notū fecit dñs salutare suū. Manifestat autē p hōs gratias spiritus sanctus dupl'r. Vno mō vt inhabitās ecclesiā et docēs et sanctificās eā: puta cū aliquis peccator que nō inhabitat spūs sanctus faciat irracula ad ostēdēdū q fides ecclesie quā ipse predicat sit vera. Unde dī. Heb. 2. Cōstante deo signis et prodigijs varijs spūs sancti di- stributionibus. Alio modo manifestat p hōs grā spirit' san- cti: vt inhabitās euz cui tales gratie cōcedunt. Vñ dī Act. 6. q Stephanus plen' grā faciebat prodigia et signa multa que spū sancto plenū elegerūt: sic autē nō cōcedunt hōs grā nisi sanctis. Et ne hōs manifestatio vanā videat. subdit. Ad vtilitatē. s. cōez. In quo designat finis haz: et hoc vel dum pbat vera doctrina ecclesie: et sic fideles cōfirmant et ifi- deles auertunt. Vel dum sanctitas alicui' pponitur alijs in exemplum. Unde et ifra. i. 4. Ad edificationē ecclesie q- rite vt abundetis. Et supra. io. Non querēs qd mihi vtile ē sed qd multis vt salui fiant.

**C**onsequenter dicit (Alij qdem etc.) Pōnit distinctionē grāz que qd vt dictū est dant ad vtilitatē cōez. Et id oēs earuz distinctionē accipere s̄m q p vñū pōt alioz salus pcura- ri. Qd qd hō nō pōt facere iterius opando: s̄m. solius dei est: sed solū exterius p̄suadēdo. Ad qd qdem tria regunt

P̄mo qd facultas p̄suadēdi. 2. facultas p̄suasione p̄firmā di. 3. p̄suasione itelligibil'r p̄ponēdi. Ad facultatē autē p̄su- adēdi regit q hō habeat p̄titiā p̄nū et certitudinē p̄ncipioz circa ea i qd debem' p̄suadere. Cōclusiones autē in his q p̄tinent ad salutē qdam sunt p̄ncipales. s. res diuine. et ad hoc p̄tinet sapia q est cognitio diuinaz rez: vt Aug. dicit. i. 3. de trinitate: et quātū ad hoc dī. Alij qdez datur p spūm. s. san- ctum sermo sapie vt possit p̄suadere ea q ad cognitionē di- uinoz p̄tinet. Luc. 21. Ego dabo vobis os et sapiāz cui non poterūt resistere et p̄radicere oēs aduersarij vestri supra 2. Sapiam loquimur iter p̄fectos. Secundarie conclusiones sunt q p̄tinet ad noticiā creaturaz: quaz cognitio dī scien- tia s̄m Aug. ibidē. Et q̄tū ad hō subdit. Alij autē. s. dat' s̄mo scie s̄m eundē spūm: vt. s. p creaturas ea q sunt dei mani- festare possit. Duic. n. scie attribuit illd quo pia fides de- fenditur et roborat nō autē qd qd curiositatis in humanis sciētys iuenit. vt Aug. ibidē dicit. Sap. io. Dedit illi sciaz sanctoruz. Esa. 33. Diuitie salutis sapia et scia. Et tñ notādūz q sapia et scia iter septē dona spūs sancti cōputantur: sicut habet Esa. ii. Vñ apls signanter iter gratias gratis datas nō ponit sapiam et sciam s̄z sermonē sapie et scie q p̄tinet ad hoc vt hō alijs p̄suadere valeat p sermonē ea q sunt sa- pientie et scie. P̄ncipia autē doctrine salutis sunt articuli fi- dei: et id q̄tū ad hoc subdit. Alteri. s. dat' fides in eodem spū: non autē hic accipit p fidei v̄tute: qz hoc cōe est oibus mēbris xpi. s̄m illud. Heb. ii. Sine fide ipossibile ē place- re deo. Sed accipit p sermone fidei: pur. s. hō pōt recte p- ponere ea q fidei sunt: vel p certitudine fidei quā aliquis habz excellēter: s̄m illud. Mat. 15. Mulier magna ē fides tua. Ea vō q p̄tinet ad salutare doctrinā nō possit p̄firma- ri: seu p̄bari rōne qz rōnez humanā excedūt: s̄z illud. Eccl. 3. Plurima supra sensum hoīs ostēsa sunt tibi. Cōfirmat' tur seu p̄bant' signo diuino. Vñ et moyses mittēdus ad po- pulum israel signum accepit a deo p qd p̄firmaret ea q ex- pte dei dicebat: vt p̄z Exodi. 4. Sicut et signo regio confir- matur qd aliqd sit de mādato regis. Signū autē dei sumit' vno qdē mō ab eo qd solus deus facere pōt. Sicut sūt mi- racula q apls hic in duo distinguit. Nā pmo dicit. alij. s. da- tur grā sanitatū: id ē p quā alicui' possit sanare ifirmitates in vno. s. et eodez spū. Jere. 17. Sana me dñe et sanabor. Ex- his enim persuadetur aliquis nō solum ppter magnitudi- nē facti: sed etiā ppter beneficiū. Secundo autē dicit alij da- tur operatio virtutū ex qbus alijs p̄suadēt solū ppter ma- gnitudinem facti: puta cum mare diuidit vt legit' Exo. 14. Vel q sol r luna stetit in celo: sicut legit' Josue. io. Hal. 3. Qui tribuit nobis spūm et opat' v̄tutes in nobis. Alio autē modo accipit signū diuinuz ab eo q solus deus cognosce- re pōt. Hoc autē est vel futurū p̄tingens s̄m illud. Esa. 41. Annunciate q ventura sunt et sciem' qz dy estis vos. Et q̄- tum ad hō dicit. Alij. s. datur p̄phetia q est diuina reuelatio inter euētus imobili veritate denūciās. Joel. 2. Effundaz de spū meo sup oēs carnē et p̄phetabūt filij vestri. Alio au- tem est cognitio humani cordis s̄m illud Jere. 17. P̄raui est cor hoīs et ifrutabile. qz cognosceat illud: Ego dñs scri- uens corda et p̄bas renes. Et q̄tū ad hoc subdit. Alij dī- cretio spūuz vt. s. hō discernere possit quo spū alijs mouea- tur ad loquēdum vel operandū puta vtru spū charitatis vel spū iudicē. p̄ Jo. 4. Nolite credere oī spūi sed p̄bate spūs si ex deo sunt. Facultas autē p̄suasione p̄nūciandi cō- sistit in hoc q hō possit loq itelligibiliter alijs. Qd qdē ipe- ditur dupliciter. Vno mō p diuersitatez idiomatum. Con- tra qd remediū adhibet p hō qd dicit. Alij. s. dat' grā lingua- rū. vt. s. possit loq diuersis linguis vt itelligat' ab oib'. sicut de apls legit' Act. 2. De loquebāt varijs linguis. Alio mō p obscuritatez scripture iducēde. Cōtra qd remediū da-

## Ad corinthios I.

tur p id qđ subditur. Alij interpretatio sermonū. i. difficultū scripturaz. Dañ. 5. Audiu de te qđ possis obscura interpre-  
tari. Heñ. 40. Nūqd nō dei est interpretatio.

**C** Deide cū dicit. (Dec aut oia rē.) Determinat auctores p̄dictaz graꝝ. Circa qđ tres errores excludit. P̄rio qđez gentiliū attribuentium diuersa dona diuersis dīs. Con-  
tra qđ dicit. Dec aut oia opaī vn̄ atq; idēz spūs. Ephe. 4. Unū corp⁹ ⁊ vnus spūs. Scđo errore eoz qđ deo attribue-  
bant solū vlem̄ puidentiā rez ponētes qđ distinctiōes p̄ti-  
culariū fūit solū p̄ cās scđas. Contra qđ subdit. Diuidens  
singulis pur vult. Ecc. 33. In multitudie discipline dñi se-  
parauit eos. Tertio excludit errore eoz qđ diuersitate gra-  
rū attribuebāt vel fato vl̄ humano merito: ⁊ nō solū volū-  
tati diuine. sed etiā macedony qđ dicebāt spūm̄ sanctū esse  
ministeriū patris ⁊ filij: ⁊ hoc excludit p̄ B qđ subdit. Pro-  
ut vult. Jo. 3. Spūs vbi vult spirat. **C** Lec. III.



**S**icut enim vnum corpus est ⁊ mem-  
bra habet multa: omnia autē mēbra  
corporis cū sint multa: vnum tamen  
corpus sunt: ita ⁊ xp̄s. Etenim in vno  
spiritu omnes nos in vnū corp⁹ bap-  
tizati sumus siue indei. siue gētiles. siue serui.  
siue liberi. ⁊ oēs in vno spiritu potati sum⁹. Nā  
⁊ corpus nō est vnum mēbrum sed multa. Si  
dixerit pes qm̄ nō sum manus nō suꝝ de corpo-  
re: non ideo nō est de corpore. Et si dixerit au-  
ris qm̄ nō sum oculus: nō suꝝ de corpore. nō ideo  
nō est de corpore. Si totū corpus oculus: vbi  
auditus? Si totū audit⁹. vbi odoratus? Nūc  
autem posuit deus mēbra vn̄quodq; eoz in  
corpore sicut voluit. Qđ si essent omnia vnum  
mēbrum: vbi corpus? Nūc autem multa qui-  
dem mēbra. vnum autem corpus. Non potest  
autem oculus dicere manū opera tua nō indi-  
geo: aut iterū caput pedibus. nō estis mibi ne-  
cessarij. Sed multo magis que videntur mem-  
bra corporis infirmiora esse. necessaria sunt. ⁊  
que putamus ignobiliora membra esse corpo-  
ris his honorem abundantiorē circūdamus  
Et que inhonesta sunt nostra abundantiorē  
honestatem habent. Honestata autēz nostra nul-  
lus egēt. Sed deus temperauit corpus: ei cui  
deerat: abundantiorē tribuendo honores. vt  
non sit scisma in corpore. sed in idipsum pro in-  
uicem sollicita sint membra. Et si quid patitur  
vnum mēbrum: compatiuntur omnia mēbra.  
Siue gloriatur vnum membrū: congaudent  
omnia mēbra. Vos autēz estis corpus christi  
⁊ mēbra de mēbro. Et quosdam quidē posuit  
deus in ecclesia: p̄mo apostolos. scđo p̄phe-  
tas. tertio doctores. deide virtutes. exinde gra-  
tias curationū opitulationes: gubernationes  
genera linguarū. interpretationes sermonū.  
Nūquid omnes apostoli? Nūquid omnes  
p̄phete? Nūquid omnes doctores? Nūquid

omnes virtutes? Nūquid vn̄nes gratias ha-  
bent curationū? Nūquid omnes linguis lo-  
quuntur? Nūquid oēs interpretantur? Ema-  
lamini autēz charismata meliora. Et ad huc ex-  
cellentiorē viāz vobis demonstro.

**C** Posita distinctiōe graꝝ. hic māifestat eā p̄ similitudinē cor-  
poris nālis. Et p̄mo ponit similitudinē in generali. Scđo ex-  
plicat eā in spāli ibi (Nā ⁊ corpus rē.) Circa p̄mū duo fa-  
cit. P̄rio pōit similitudo. Scđo similitudis adaptatio ibi (Ita  
⁊ xp̄s rē.) Circa p̄mū p̄siderādū ē qđ sicut dñi i. 5. meta. tri-  
pliciter dñi aliqd vnū p̄ se. Vno mō indiuisibilitate vt vn̄i-  
tas ⁊ punctū fm̄ quē modū vnitas excludit totaliter mul-  
titudinē nō solū actualē s; et potētiā. Alio mō dñi vnū cō-  
tinuitate vt linea ⁊ superficies qđ gđē vnitas excludit multi-  
tudinē actualē: s; nō potētiā. Tertio mō itegritate qđ nō  
excludit multitudinem neq; potētiā: neq; actualē: sicut  
domus est vna qđ cōstituit̄ ex diuersis lapidib⁹ ⁊ lignis. Et  
codē mō corp⁹ hoīs aut cuiuslibet aialis ē vnū: qđ ei⁹ perfe-  
ctio itegrat̄ ex diuersis mēbris sicut ex diuersis aie istris.  
Vñ ⁊ aia dñi eē actus corporis organici. i. ex diuersis organis  
p̄stituti. Proponit ḡ p̄mo ap̄lus qđ vnitas corporis mēbrorū  
multitudinē nō excludit dicēs: qđ sicut corp⁹ vnū ē ⁊ mem-  
bra multa h; vñ ⁊ Ro. iz. dñi. In vno corpore multa mēbra  
habem⁹. Itē pponit qđ multitudo mēbrorū nō tollit corporis  
vnitatem. Vñ subdit. Oia autē mēbra corporis euz sint multa  
nihilomin⁹ vnū corp⁹ sunt: qđ ex oib⁹ p̄ficiū. Vñ ⁊ Job. io.  
dñi. Pelle ⁊ carne vestisti me: ossibus ⁊ neruis p̄egisti me.

**C** Deide cū dicit (Ita ⁊ xp̄s rē.) Pōit adaptatio similitudi-  
nis. Et p̄mo adaptat similitudinē dicēs. Ita ⁊ xp̄s. s. ē vn̄ fm̄  
illud supra. 8. Vñ dñs noster iesus p̄ quē oia. Et tñ multa  
⁊ diuersa h; mēbra. s. oēs fideles fm̄ illud. Ro. iz. Multi  
vnū corpus sum⁹ in xp̄o. Scđo ponit rō adaptatiōis. Vbi  
ponit duplex rō distinctiōis. Una qđm rō vnitatis ē spi-  
ritus sanctus fm̄ illud Ephe. 4. Vnū corpus ⁊ vnus spūs.  
Sed p̄ virtutē spūs sancti duplex b̄ficiū p̄sequimur. P̄rio  
qđm: qđ p̄ ipm̄ regeneramur fm̄ illud Jo. 3. Nisi quis re-  
natus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto. Unde dicit. Etenim  
in vno spū. s. p̄ virtutē vn̄ius spūs sancti. Dēs nos: qđ sumus  
mēbra xp̄i: sumus baptizati in vnum corpus. i. in vnitatez  
ecclesie: qđ est corpus xp̄i s; illō Ephe. i. Ip̄s dedit caput sup  
oēs ecclesias qđ ē corp⁹ eius. Et gal. 3. Dēs qđ in xp̄o baptizati  
estis xp̄m̄ iduistis. Scđo p̄ spūm̄ sanctū reficimur ad salu-  
tem. Unde subdit. Et oēs potati sumus in vno spū. i. per  
virtutē vn̄ius spūs sancti. Pōt autē hic potus itelligi du-  
pliciter. Vno mō de interno refrigerio qđ spūs sanct⁹ cor-  
di humano p̄bet extinguēdo sitim carnaliū desiderioꝝ: ⁊  
p̄cupiscētiāz. Unde Ecc. is. Aqua salutaris sapie potauit  
eū. Et Jo. 7. Flumina de vētre eius fluēt aque viue. Alio  
mō pōt itelligi de potu sacramentali qđ p̄ spūm̄ sacrat̄. supra  
.io. Dēs eūdem potū spūalē biberunt. Interponit autem  
duplex rō diuersitatis. Una ex pte ritus cū dicit. Siue iu-  
dei siue gētiles rē. Alia ex parte conditionis euz dicit. Si-  
ue serui siue liberi. Nulla enim h; diuersitas ipedit vnita-  
tem corporis christi. Unde gal. 3. dñi. Nō ē inde⁹ neq; grec⁹  
nō ē seruus neq; liber. vnū. n. estis in xp̄o ihu.

**C** Deide cum dicit (Nā ⁊ corpus explicat similitudines  
in spāli.) Et primo describit cōditionem corporis nālis ⁊  
mēbrorū ipsius. Scđo adaptat ad corpus mysticūz christi  
ibi (Vos autē estis rē.) Circa p̄mū duo facit. P̄mo  
describit integritatem corporis nālis. Secundo habitu-  
dinē mēbrorū ad inuicē ibi (Nō pōt autē oculus dicere rē.)  
Circa p̄mū tria facit. P̄mo pponit qđ itendit. Scđo mā-  
ifestat explicādo ibi (Si dixerit pes rē.) Tertio probat

ducendo ad icōueniēs ibi (Si totū corp<sup>o</sup> oculus rē.) Dicit g<sup>o</sup> p<sup>o</sup>rio. Dicitū ē q<sup>o</sup> oēs nos in vnū corpus mysticum baptizati sum<sup>o</sup>: q<sup>o</sup>d representat similitudo corp<sup>o</sup> nālis. Nam corp<sup>o</sup> nāle hoīs nō est vnūz mēbrū s<sup>z</sup> multa. q<sup>z</sup> s<sup>z</sup> ei<sup>o</sup> p<sup>o</sup>fectio nō saluat in vno mēbro: sed itegrat<sup>o</sup> ex multis: q<sup>z</sup> necesse hñt deseruire diuersis potētis: & actib<sup>o</sup> aie. Un<sup>o</sup> r<sup>o</sup> Ro. iz. d<sup>o</sup>r. Sicut i vno corp<sup>o</sup> multa mēbra habem<sup>o</sup> oīa aut mēbra corp<sup>o</sup> nō eundem actū hñt. ita multi vnū corpus sum<sup>o</sup> in xpō.

¶ Deide cū dicit (Si dixerit pes rē.) Manifestat q<sup>o</sup> dixerat exēplificādo in mēbris q<sup>o</sup>busdā. Et p<sup>o</sup>mo in mēbris deseruiētib<sup>o</sup> motui r<sup>o</sup>ponit duo mēbra. pedē tanq<sup>z</sup> ignobili<sup>o</sup> mēbrū eo q<sup>o</sup> calcatur terrā r<sup>o</sup>portat totū corpus p<sup>o</sup>odus manū aut tanq<sup>z</sup> mēbrū nobiliū eo q<sup>o</sup> ipsa est organū organoz. Et hoc est q<sup>o</sup> dicit. Si dixerit pes nō sum de corpore qm̄ nō sum man<sup>o</sup>: nō iō nō ē de corpore. Quasi dicat. p<sup>o</sup>fectio corp<sup>o</sup> nō tota cōsistit in vno mēbro q<sup>z</sup>uis nobiliori. s<sup>z</sup> ad eius p<sup>o</sup>fectionē regunt<sup>o</sup> et ignobiliora. per mēbra aut deseruiētia motui designant<sup>o</sup> in ecclia hoies dediti vite active. ita q<sup>o</sup> pedes sunt s<sup>z</sup>bditi de q<sup>o</sup>d<sup>o</sup>r<sup>o</sup> Ecce. p<sup>o</sup>mo. Pedes eorum pedes recti. p<sup>o</sup> man<sup>o</sup> autē figurant<sup>o</sup> plati p<sup>o</sup> quos alij d<sup>o</sup>ponunt. Un<sup>o</sup> r<sup>o</sup> Lant. 5. d<sup>o</sup>r. Man<sup>o</sup> illi<sup>o</sup> tornatiles auree ple ne hiacinctis. Sunt aut in ecclia necessarie nō solū man<sup>o</sup> id est plati. sed et pedes. i. s<sup>z</sup>bditi. Un<sup>o</sup> puer. i. 4. d<sup>o</sup>r. In multitudine populi dignitas regis. Scdo exēplificat de mēbris deseruiētib<sup>o</sup> v<sup>o</sup>tuti apprehēsiue r<sup>o</sup>ponit oculū q<sup>o</sup> deseruiit visui. r<sup>o</sup> aurē q<sup>o</sup> deseruiit auditui. Nam isti duo sensus p<sup>o</sup>cipue deseruiūt humane sapie. visus q<sup>o</sup>dē q<sup>o</sup>stuz ad iuentionē. eo q<sup>o</sup> plures rez<sup>o</sup> differētiāz ostēdit. auditus autē q<sup>o</sup>stuz ad disciplinā q<sup>o</sup> fit per sermonē. Doz tñ sensuz dignior ē visus q<sup>z</sup> auditus. q<sup>z</sup> r<sup>o</sup> spūalior est r<sup>o</sup> plura demonstrat ac p<sup>o</sup> oculus est dignior aure. Dicit g<sup>o</sup>. Et si dixerit auris q<sup>o</sup> ē ignobilius mēbrum. nō sum de corpore q<sup>z</sup> nō oculus q<sup>o</sup> est mēbrū nobilius. nō ideo nō ē de corpore rē. Per mēbra g<sup>o</sup> deseruiētia virtuti apprehēsiue designant<sup>o</sup> in ecclia illi q<sup>o</sup> studēt vite cōtemplatiue. Inter quos sunt sicut oculi doctores q<sup>o</sup> p<sup>o</sup> seipos veritate ispiciūt. Unde d<sup>o</sup>r cant. 5. Oculi ei<sup>o</sup> sicut colūbe sup riuos aquaz q<sup>o</sup> residēt iuxta fluēta plenissima. Per aures autē significant<sup>o</sup> discipuli q<sup>o</sup> a magistris veritatem audiēdo recipiūt. Unde r<sup>o</sup> d<sup>o</sup>r Mat. iz. dicit. Qui aures h<sup>z</sup> audiēdi audiat. Sūt. n. in ecclia necary nō solū doctores: sed etiam discipuli. Unde r<sup>o</sup> Job. 29. d<sup>o</sup>r. Auris audiens beatificauit me.

Dicit ergo. (Qualiter terrenus etc.) Quasi dicat. Primus homo qui terrenus fuit et mortalis ideo deriuatum est ut omnes essent et terreni et mortales. supra eodem. Et sicut in adam omnes moriuntur. Zach. 13. Adam exemplum meum etc. Quia vero fuit secundus homo celestis. i. spiritualis et immortalis: et ideo omnes et immortales et spirituales erimus. Ro. 6. Sed coplaturati facti sumus similitudini etc. Igitur sicut portauimus etc. Dic concludit qualiter in speciali debeat conformari homini scilicet celesti. Possumus autem dupliciter conformari celesti in vita scilicet gratie et glorie: et una est via ad alias: quia sine vita gratie non peruenitur ad vitam glorie. et ideo dicit. (Sicut portauimus etc.) i. quod diu peccatores fuimus in nobis fuit similitudo ad eum. Reg. 7. Ista est lex ad quam dicit deus etc. ut ergo possimus esse celestes. id est peruenire ad vitam glorie portemus imaginem celestis per vitam gratie. Coll. 3. Exuentes veterem hominem id est te nouum hominem. scilicet christum. Ro. 8. Quos presciuit et predestinauit conformes etc. Sic ergo debemus conformari celesti in vita gratie: quia alias non perueniemus ad vitam glorie. Et hoc est quod dicit. Hoc autem dico fratres. Quasi. d. Nisi uiuatis. scilicet. vita gratie non poteritis peruenire ad regnum dei scilicet ad vitam glorie. quia caro et sanguis regnum dei non possidebunt. Quod quidem non est intelligendum sicut quidam heretici dicunt quod non resurget caro et sanguis secundum substantiam: sed quod totum corpus uel uertetur in spiritum uel in aerem: quod est hereticum et falsum. nam apostolus dicit quod conformabitur corpus nostrum corpori claritatis sue. Unde cum christus post resurrectionem habuerit carnem et sanguinem: sicut dicit Luc. 24. Palpate et uidete quia spiritus carnes et ossa non habet etc. Constat quod et nos in resurrectione carnem et sanguinem habebimus. Non est intelligendum caro et sanguis. i. substantia carnis et sanguinis regnum dei non possidebunt: sed caro et sanguis. i. carni et sanguini opera dantes. scilicet. homines dediti uitis et uoluptatibus regnum dei non possidebunt. Et sic accipitur caro. i. homo carnalis uiuus. Ro. 8. Uos autem non in carne etc. Uel caro et sanguis. i. opera carnis et sanguinis regnum dei non possidebunt: quod est contra iudeos et saracenos: qui fingunt se habituros post resurrectionem uicinas melles et lactis. Uel caro et sanguis. i. corruptio carnis et sanguinis regnum dei non possidebunt. id est post resurrectionem corpus non subiacet corruptioni carnis et sanguinis secundum quam uiuit homo. Unde et secundum hoc subdit neque corruptio corruptionem possidebit: id est neque corruptio mortalitatis que nomine carnis hic exprimitur possidebit corruptionem. i. incorruptibile regnum dei: quia resurgemus in gloria. Ro. 8. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis etc.

Lectio. VIII.

**E**cce mysterium uobis dico: omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento in ictu oculi. i. nouissima tuba. Lanet enim tuba: et mortui resurgent incorrupti. et nos immutabimur.

Hic apostolus postquam respondit questionem de qualitate resurgentium respondet consequenter questionem qua querebatur de modo et ordine resurgendi. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit modum et ordinem resurrectionis. Secundo confirmat per auctoritatem ibi. (Cum autem mortale hoc etc.) Circa primum duo facit. Primo enim proponit intentum. Secundo ostendit quo ordine fiat ibi. (In momento in ictu etc.) Primo igitur reddit eos attentos: ostendens id quod proponit esse arduum et occultum dicens. Ecce mysterium. id est occultum quoddam dico uobis. id est aperio uobis fratres quod debet uobis aperiri et uobis creditibus. Luc. octa-

uo. Uobis datum est nosse etc. supra. z. Sapientiam loquimur iter perfectos. Et post. sed loquimur dei sapientiam que abscondita est etc. Quid autem sit istud mysterium subdit. Omnes quidem etc. Circa primum sciendum est quod sicut Hieronymus dicit in quadam epistola ad mineruium et alexandrum monachos. Hoc quod hic dicitur. Omnes quidem resurgemus etc. In nullo libro grecorum habetur sed in quibusdam habetur. Omnes quidem dormiemus. i. omnes moriemur. Et dicitur mors somnus propter spem resurrectionis. Unde idem est ac si diceret. omnes quidem resurgemus: quia nullus resurget nisi moriatur. Sed non omnes immutabimur. Hoc non mutatur in libris grecis: et hoc est uerum quia ista mutatio. de qua hic loquitur non erit nisi secundum corpora beatorum quia immutabuntur ad illa quattuor que supra posita sunt que dicuntur dotes corporum gloriosorum et hanc desiderabat. Job 14. Lunctis diebus nunc milito expecto donec ueniat immutatio mea. In quibusdam uero libris inuenitur. Non omnes quidem moriemur: sed omnes immutabimur. Et hoc intelligitur dupliciter. Primo ad litteras: quia quorundam opinio fuit quod non omnes morientur: sed quod aliqui in aduentu christi ad iudicium uenient uiui: et isti non morientur: sed isti immutabuntur in statum incorruptionis. et propter hoc dicitur: non omnes quidem dormiemus. i. moriemur: sed omnes immutabimur: boni quidem et mali et tam uiui quam mortui. Unde secundum hos immutatio non intelligitur de statu aialitatis ad statum spiritualitatis: quia secundum hanc soli boni immutabuntur. sed de statu corruptionis ad statum incorruptionis. Alio modo exponitur mystice ab origine: et dicitur quod hoc non dicitur de somno mortis: quia omnes morientur. ps. Quis est homo qui uiuet etc. Sed de somno peccati de quo in ps. Illumina oculos meos ne unquam obdormiam. ut sic dicat. Non omnes moriemur. i. non omnes peccabimus mortaliter: sed omnes immutabimur: sicut supra de statu corruptionis ad incorruptionem. Et licet hec littera. scilicet. non omnes moriemur etc. non sit contra fides. tamen ecclesia magis acceptat primam: scilicet quod omnes moriemur siue resurgemus etc. Quia omnes morientur etiam si sint tunc aliqui uiui.

Ordinem autem et modum resurrectionis manifestat consequenter cum dicit. (In momento etc.) Et hoc dicitur ad tria. Primo enim manifestat ordinem dicitur ad tempus. Secundo quantum ad causas resurrectionis ibi. (In nouissima tuba.) Tertio quantum ad effectus a causa ibi. (Lanet enim tuba etc.) Dicit ergo quod omnes resurgemus: sed quomodo? In momento. per quod excludit errorem dicentium resurrectionem non esse futuram omnium simul. Sed dicitur quod martyres resurgent ante alios per mille annos: et tunc christus descendet cum illis et possidebit regnum corporale iherusalem mille annis cum eis. Et hec fuit opinio laicorum. Sed hoc patet esse falsum: quia omnes in momento resurgemus et in ictu oculi. Excludit etiam per hoc alius error eiusdem qui dicebat quod iudicium duratur erat per spacium mille annorum. Sed hoc est falsum: quia non erit ibi aliquod perceptibile tempus sed in momento etc. Sciendum est autem quod momentum potest accipi uel per ipso instanti temporis quod dicitur nunc. uel per aliquo tempore imperceptibili. tamen utroque modo potest accipi hoc referendo illud ad diuersa: quia si nos referimus hoc ad collectionem puluerum que fiet misterio angelorum tunc momentum accipitur per tpe imperceptibili. Luce. n. in collectione illorum puluerum sit mutatio de loco ad locum quod sit ibi tempus aliquod. Si autem referamus ad reuersionem corporum et per unionem anime quod omnia fiunt a deo: tunc momentum accipitur per instanti tempore: quia deus in instanti uniat animam corpori et uiuificat corpus. Potest et hoc quod dicitur in ictu oculi ad utrumque referri: quia si in ictu oculi intelligitur tamen aptio palpebrarum que fit in tpe perceptibili tunc refertur ad collectionem puluerum. Si uero in ictu oculi intelligitur ipse subitus transitus oculi et qui fit in instanti tunc refertur ad unionem ad corpus.

Consequenter cum dicit. (In nouissima tuba.) Ostendit ordinem resurrectionis quantum ad causas immediatas. Et ista tuba est

## Ad corinthios I.

vox illa xpi. de qua Mat. 25. dicit: Media nocte clamor factus est etc. Jo. 5. Audient vocem filii dei et gauderint etc. Vel ipsa presentia christi manifesta mundo sicut dicit Bre. Tuba nihil aliud esse designat quam presentiam christi mundo manifestatam que dicitur tuba propter manifestationem: quia oibus erit manifesta. Et hoc modo accipitur tuba. Mat. 6. Cum facis elemosinam noli tuba canere ante te. Itaque dicitur tuba propter officium tube quod erat ad quatuor: ut dicitur Num. 10. Ad vocandum consilium. et hoc erit in resurrectione: quia tunc concitabitur ad consilium. id est ad iudicium. Esa. 3. Dominus ad iudicium veniet etc. Ad solennitatem festum. ps. Buccinate in neominita tuba. Sic et in resurrectione. Esa. 33. Respice syon civitatem solennitatis in se. Ad pugnam et hoc in resurrectione. Sap. 5. Pugnabit pro illo etc. Esa. 30. In cytharis et tympanis etc. Ad movendum castra sua quidam eundo ad paradisum. quidam eundo ad infernum. Mat. 25. Ibunt qui bona fecerunt in vitam eternam. qui vero mala in ignem eternum.

Consequenter cum dicit. (Canet enim tuba etc.) ponit progressum effectum a causa predicta. Et circa hoc duo facit. Primo enim ponit progressum effectus. Secundo necessitate huius assignat ibi. (Opus enim mortale etc.) Progressus effectus est. quia statim ad sonitum tube sequetur effectus. Quia mortui etc. ps. Dabit voci sue vocem virtutis etc. Ponit autem duplicem effectum. Unus est communis: quia mortui resurgent incorrupti. id est integri sine aliqua diminutione membrorum. Quod quidem est commune omnibus quia in resurrectione est commune omne quod pertinet ad reparationem nature: quia omnes habent communionem cum christo in natura. Et licet Augustinus relinquat sub dubio utrum deformitates remaneant in damnatis. ego tamen credo quod quicquid pertinet ad reparationem nature totum conferatur eis: sed quod pertinet ad gratiam solum electis conferatur. Et ideo omnes resurgent incorrupti. id est integri etiam damnati. Hieronymus autem exponit incorrupti in statu incorruptionis. ut scilicet ulterius post resurrectionem non corrumpantur: quia isti ad beatitudinem eternam ibunt. mali vero ad penam eternam. Damianus. Mulier de terre pulvere euigilabit. Alius effectus est proprius. id est apostolorum tantum: quia nos imutabimur. scilicet de statu miserie ad statum glorie: quia seminatur animale: surgat autem spirituale. Et sicut hunc modum exponendi apparet quod melior est littera illa que dicit. Omnes quidem resurgent: sed non omnes imutabimur quia illa que habet. Omnes imutabimur: quia licet omnes resurgant tamen soli sancti et electi imutabuntur. Posset tamen etiam sicut illos qui habent. Non omnes quidem morimur sed omnes imutabimur: legi sic. Mortui resurgent incorrupti. id est ad statum incorruptionis. et nos qui vivimus licet non resurgamus: quia non morimur tamen imutabimur de statu corruptionis ad incorruptionem. Et videtur consonare his que dicitur. 1. Thess. 4. Nos qui vivimus et relinquitur simul rapiemur cum illis etc. ut sic tibi et hic connumeret se vivis.

Lectio. III.

**P**ortet enim corruptibile hoc induere incorruptionem. et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua? Ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est. virtus vero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Itaque fratres mei dilecti stabiles estote et immobiles. abundantes in omni

opere domini semper scientes quod labor vester non est inanis in domino.

¶ Dic apostolus ponit necessitatem effectus resurrectionis ab ipsa causa progredientis. Et circa hoc duo ponit correspondentia duobus que posuerat in progressu effectus ab ipsa causa. Primum fuit generale omnium. scilicet quod mortui resurgent incorrupti. Et ideo primo quantum ad hoc dicit. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem. Secundum fuit speciale apostolis et bonis. scilicet et nos imutabimur: et ideo secundo quantum ad hoc dicit. Et mortale hoc induere immortalitatem: quia enim corruptibile opponitur incorruptibili et in statu presentis vite subicimur corruptioni. Ideo dicit quod cum resurgemus oportet hoc corruptibile etc. necessitate. scilicet congruenti. Et hoc propter tria. Primo propter completionem humane nature. Nam sicut etiam dicit Augustinus. Anima quantum ad se est separata a corpore est imperfecta non habens perfectionem sue nature. et ideo non est in tanta beatitudine separata exis in quantum erit corpori unita in resurrectione. Ut ergo perficiatur beatitudine perfecta. oportet corruptibile hoc. id est corpus induere ut ornamentum incorruptionem et ulterius aliquid tenus non ledatur mortale. Secundo propter exigentiam divine iusticie: ut scilicet illi qui bona fecerunt seu mala in corpore premientur vel puniantur: etiam in ipsis corporibus. Tertio propter conformitatem membrorum ad caput: ut sicut christus resurrexit a mortuis per gloriam patris: ita et nos in novitate vite ambulemus. Ro. 6. ¶ Notandum autem quod ipsas incorruptionem seu immortalitatem assimilatur vestimento. cuius dicit induere. vestimentum enim adest vestito et abest manente eadem numero substantia vestiti. ut per hoc ostendat quod corpora eadem numero resurgent: et eadem homines eadem numero erunt in statu incorruptionis et immortalitatis in quo sunt modo. Unde ex hoc excluditur error dicentium quod corpora non resurgent eadem numero. Unde et signanter dicit. Oportet corruptibile hoc: scilicet corpus. Nam anima non est corruptibilis. Excluditur etiam error dicentium quod corpora glorificata non erunt eadem cum istis: sed celestia. et de isto modo simile habetur. secunda Cor. 5. Nam in hoc ingemiscimus etc. Esaie. 52. Induere vestimenta glorie tue Job. 40. Circumda tibi decorem etc. ¶ Sed contra hoc est. quia videtur impossibile quod corruptibile hoc induat incorruptionem: id est quod corpora resurgant eadem numero: quia impossibile est ea que differunt genere vel specie esse eadem numero: sed corruptibile et incorruptibile non solum differunt specie sed genere. Ergo impossibile est quod corpora resurgentibus sint incorruptibilia et remaneant eadem numero. Preterea philosophus dicit quod impossibile est quod illa quorum substantia corruptibilis mota est reintegrentur eadem numero: sed eadem specie. substantia autem corporum humanorum est corruptibilis. ergo impossibile est reintegrari eadem numero. ¶ Respondeo dicendum est ad primum quod unumquodque consequitur genus et species ex sua natura et non ex aliquo extrinseco sue nature: et ideo dico quod si resurrectio corporum futura esset ex principis nature corporum impossibile esset quod corpora resurgerent eadem numero. Sed dico quod incorruptio corporum resurgentium dabitur ab alio principio quam a natura ipsorum corporum: scilicet a gloria anime ex cuius beatitudine et incorruptione tota beatitudo et incorruptio corporum derivabitur. Sicut ergo eiusdem nature et idem numero est liberum arbitrium modo dicitur est volubile ad utramque partem et cum erit firmatum in fine ultimo ita et eiusdem nature et idem numero erit corpus quod modo est corruptibile. et tunc quod per liberum arbitrium firmatum erit per gloriam anime erit incorruptibile. ¶ Ad secundum dicendum quod ratio philosophi procedit contra illos qui ponebant

oia in istis inferioribus causari ex motu corporum celestium & quod reuolutis eisdem reuolutionibus corporum superiorum sequebantur eidem effectus numero qui aliqui fuerant. Unde dicebat quod adhuc plato idem numero legetur atthenis: & quod habebit easdem scholas & eosdem auditores quos habuit. Et ideo philosophus contra eosdem arguit. quod licet idem celum numero & idem sol sit in eisdem reuolutionibus numero sed specie. & hoc secundum viam nature. Similiter dico quod si corpora iduerent in corruptionem & surgerent secundum viam nature quod non resurgerent eadem numero: sed eadem specie. Sed cum reintegratio & resurrectio sicut dictum est fiant virtute diuina: dicimus quod corpora erunt eadem numero: cum neque principia indiuidua huiusmodi sint aliud quam hec anima & hoc corpus. In resurrectione autem redibit & anima eadem numero cuius sit in corruptibilis: & hoc corpus idem numero ex eisdem pulueribus in quibus resolutum fuit ex virtute diuina reparatum. sic erit idem homo numero resurgens. Nec facio vim in formis intermediis: quia non pono esse aliquam aliam formam substantialem in homine nisi animam rationalem a qua habet corpus humanum quod sit animatum natura sensibili & vegetabili: & quod sit rationale. Forme vero accidentales nihil impediunt identitatem numerali quam ponimus.

**C**onsequenter cum dicit. (Cuius autem corruptibile est.) Confirmat quod dixerat per auctoritatem. Et circa hoc duo facit. Primo ponit auctoritatem. Secundo ex ea concludit tria ibi. (Ubi enim est mors est.) Dicit ergo primo. Dixi quod oportet corruptibile hoc iduere est. Sed cum mortale hoc iduerit immortalitatem tunc. scilicet in futuro. Quod est contra illos qui dicunt. iam resurrectionem factam. Sicut primo qui scripsit est. scilicet Absorpta est. Hoc secundum translationem nostram non inuenit in aliquo libro Biblicae. Si tamen inuenitur in translatione. non est certum unde sumptus sit. Potest tamen dici hoc esse sumptum. Esa. 26. Uiuent mortui tui est. Et 25. Precipitabit mortem in sempiternum. Osee. 13. ubi nos habemus. Ero mors tua o mors. 70. habent. Absorpta est mors in victoria. id est propter victoriam christi. Et ponit preteritum per futuro propter certitudinem prophetie. psalmus 3. Degluties mortem est.

**C**onsequenter cum dicit. (Ubi est mors victoria tua est.) Concludit tria ex premissa auctoritate. Inquisitione scilicet contra mortem. Gratia actiones ad deum ibi. (Deo autem gratias.) Et ammonitione sua corinthiis ibi. (Itaque fratres mei est.) Circa primum duo facit. Primo ponit inquisitionem. Secundo exponit ibi. (Stimulus autem est.) Loquitur ergo apostolus de victoria christi contra mortem quasi in quodam speciali gaudio positus assumit personam virores resurgentium dicens. Ubi est mors victoria tua: Hoc non inuenitur in aliquo loco sacre scripture. vtrius autem ex se vel aliunde habuerit hoc apostolus incertum est. Si tamen aliunde accepisset videtur accepisse de Esa. 14. Quomodo quieuit tributum cessauit est. Dicit ergo. Ubi est mors est. scilicet corruptionis. victoria tua. id est potentia qua totum humanum genus prosternebas: de omnibus triumphabas. 2. Reg. 14. Des morimur est. Job. 18. Calcet super eum quasi rex interitus est.

**C**um dicit. (Ubi est mors stimulus tuus.) Quid autem sit stimulus consequenter exponit dicens. (Stimulus autem est.) Unum duo ponit. Unum per quod exponit quod dixit. Aliud per quod objectionem excludit ibi. (Virtus peccati est.) Sciendum est autem quod stimulus mortis potest dici vel stimulans ad mortem. vel quo vititur seu quez facit mors. sed litteralis sensus est. stimulus mortis. id est stimulans ad mortem: quia homo per peccatum est impulsus & deiectus ad mortem. Roma. 6. Stipendia peccati mors est.

**S**ed quod aliquis posset obicere quod iste stimulus est remouitus per legem. ideo consequenter hoc apostolus excludit sub-

dens. Virtus vero. id est augmentum peccati lex. Quasi dicitur. Non est remouitus peccatum per legem: imo virtus peccati lex. id est augmentum occasionaliter. scilicet non quod induceret ad peccatum: sed quantum dabat occasionem peccati & non conferebat gratiam ex qua magis accedebat concupiscentia ad peccatum. Roma. 5. Lex subtrahit ut abundaret delictum. Roma. 7. Occasione accepta peccatum per mandatum est. Est autem alius sensus: sed non literalis ut stimulus mortis dicitur quo vititur mors: & sic per mortem itellitur dyabolus. Apoc. 6. Nomen illi mors. Et sic stimulus mortis est tentatio dyaboli. Et sic totum quod dicitur de morte exponitur de dyabolo. ut in Glo. habetur. Vel stimulus mortis. id est a morte factus. id est carnali concupiscentia. Iaco. 1. Concupiscentia cum ceperit est. Concupiscentia. n. primo volentes allicit sic in iteratis. Secundo repugnantes trahit ut in continentibus. Postea creditur: sed non vincit ut in continentibus. Postea debilitat eum: tentatio sic in temperatis & ultimo totaliter deficit sic in beatis quibus dicere oportet. Ubi est mors tentatio vel victoria tua: Quia stimulus mortis destructus est non per legem: sed victoria christi. id est deo sunt reddende gratias actiones. Et hoc est quod dicitur. Deo autem gratias. s. ago seu agamus quod dedit nobis victoriam mortis & peccati per iesum christum non per legem. Ioan. 16. Nec est victoria est. Roma. 15. Quis me liberabit est. Gratias dei est. Nam quod impossibile est.

**C**onsequenter cum dicit. (Itaque fratres mei est.) Subdit ammonitionem. scilicet. n. dicitur est pseudo apostolus corrumpebat corinthios negando resurrectionem. & id postquam iam astruxit fidem resurrectionis & per exempla ostendit: ammonet eos quod bene se habeant ne seducantur a pseudo apostolis. Et circa hoc tria facit. Primo. n. eos in fide confirmat dicens. Itaque. scilicet iam ostensa resurrectione fratres mei per fides per quam omnes sumus filii dei. Io. 1. Dedit eis patrem est. Dilectissimi mi per charitatem quam debemus nos iuicem diligere. psalmus 4. Hoc mandatum habemus a deo est. Stabiles estote. scilicet in fide resurrectionis ne recedatis a fide. Eph. 4. Non sumus sic paruuli fluctuantes est. & immobiles: ne. scilicet ab alijs seducamini. Col. 1. In fide fundati stabiles & immobiles est. Secundo inducit ad bona opera dicens. Abundantes in omni opere bono semper. Gal. 6. Dum tempus est. puer. 3. In abundantia iusticia. Tertio roborat eos per spes dicens. Scientes per quod est. Sap. 3. Bonorum enim laborum gloriosus est fructus. CAP. XVI.

**D**e collectis autem que fiunt in sanctos. sicut ordinavi in ecclesijs galatibus: ita & vos facite per vnam sabbari. Unusquisque vestrum apud se reponat recondens quod ei bene placuerit: ut non cum venero tunc collecte fiat. Cum autem presens fuero quos approbaueritis per epistolas mittam perferre gratiam vestram in hierusalem. Quod si dignum fuerit ut ego eam: mecum ibunt. Veniam autem ad vos cum macedonia pertransiero. Nam macedoniam pertransibo. Apud vos autem forsitan manebo. vel etiam hiemabo ut vos me deducatis quocumque iero. Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos: si dominus permiserit. Permanebo autem ephesi vsque ad penthecosten. Quod istum enim mihi apertum est magnum & euidentem & aduersarium multum.

**S**upra per totam seriem epistole proposuit apostolus corinthiis quandam doctrinam generalem. in hoc ultimo capitulo proponit eis quedam specialia et familiaria. Et



## Ad corinthios I.

circa hoc duo facit. Primo monet eos quid ipsi debeant alijs facere. Secundo ostendit quid alij faciunt ipsis ibi. (Salutat vos ecclesia etc.) Circa primum duo facit. Primo instruit eos de his que debent facere ad absentes. Secundo vero de his que debent facere ad presentes ibi. (Uigilate et state in fide etc.) Circa primum tria facit. Primo instruit eos de his que pertinent ad absentes pauperes sanctos qui sunt in hierusalem. Secundo de his que pertinent ad apostolum ibi. (Ueniam ad vos cum etc.) Tertio de his que pertinent ad discipulos ibi. (Si autem uenerit etc.) Circa ea que debent fieri sanctis qui erant in hierusalem tribus instruit eos apostolus. Primo qualiter elemosyna sanctis facienda: sit colligenda. Secundo qualiter sit conseruanda ibi. (Unusquisque autem uestrum etc.) Tertio qualiter sit in hierusalem transferenda ibi. (Cum autem presens fuero etc.) Circa primum sciendum est quod sicut legitur Act. 4. Nos erat in primitiua ecclesia ut conuersi ad fidei venderent possessiones et omnia que habebant et precium ponerent ad pedes apostolorum et de eis unicuique prout erat opus prouideretur. ut sic nullus haberet penuriam: sed essent illis omnia communia. Et sicut dicitur in collationibus patrum omnis religio ab illa sancta societate sumpsit exordium. Contigit autem ut fame perualida exorta pauperes sancti qui erant in hierusalem inopia maxima laborarent. unde factum est ut apostoli ordinarerent ad ipsorum subuentionem quod per alias ecclesias christi colligere fieret. et hec commissio facta est paulo et barnabe. Saluta secundo. Dederunt mihi et barnabe etc. Et quod apostolus super B sollicitus erat monebat illos quosauerat ut eis subuenirent: quia sicut ipse ad Roma. dicit. Iustum est ut a quibus spiritualia receperat temporalia ministrerent. Et hoc est quod dicit. De collectis autem que fiunt per ecclesias in sanctos. i. in usum sanctorum et non quorumlibet. Ecclesial. 12. Da iusto et ne recipias peccatores. Non quod peccatoribus non sit aliquid dandum: sed quia magis debet quis dare elemosynam iusto indigenti quam peccatori.

**C** Sicut ordinari in ecclesia galathie. ita et vos facite. i. colligite per unam. scilicet diem sabbati. i. septimane. Et hoc ideo ordinatum est ut paulatim qualibet hebdomada aliquod paruum solueretur: ne si simul totum soluisset grauarietur. Et licet eis paulatim uideretur et quasi insensibile paulatim dare tamen completo anno elemosyne simul collecte magne erant. Uel per unam sabbati intelligitur prima dies post sabbatum. scilicet dies dominicus. Et hoc ideo illo die fieri uoluit apostolus. quia iam inoleuerat consuetudo ut populus in dominicis diebus ad ecclesiam ueniret. Leuit. 23. Dies primus celeberrimus erit atque sanctissimus etc. Et post. Est enim ceteris atque collecte etc. De hac elemosyna dicitur Danielis. 4. Peccata tua elemosynis redime. Et ecclesia. 29. Elemosyna uiri quasi sacculus etc.

**C** Quia uero non solum debet apponi modus in colligendo: sed etiam in conseruando. ideo consequenter instruit qualiter collecte conseruentur. cum dicit. (Unusquisque autem uirum etc.) In quo ostenditur maxima industria apostoli. Ne aliqui crederent quod apostolus faceret collectas istas magis causa que istus propter necessitatem sanctorum. ideo suspicionem hanc uitans et quantum ad se et quantum ad suos ministros noluit dictam pecuniam a se seu a suis ministris custodiri: sed ordinauit quod quilibet illud quod sibi placebat elargiri reponeret domi et conseruaret seorsum faciens: sic per totum annum. Et huius ratio erat: quia apostolus nolebat quod quando ueniret corinthum uacaret collectis: sed doctrine et rebus spiritualibus. Et ideo dicit. (Ut non cum uenero etc.) Act. 6. Non est equum nos reliquere etc. qualiter autem debeant mitti in hierusalem subdit dicens. (Cum autem presens fuero etc.) Quasi dicat. Nec in hoc uolo aliquos specialiter onerare

cum presens fuero. scilicet ad portandum pecuniam: sed mittam illos quos probaueritis. i. approbaueritis mittendos mittam quam per epistolas. i. cum epistolis missis a uobis et a nobis laudatorum et comedatorum. scilicet in quibus contineatur quantitas pecunie comedatum studium nostrum et charitas. Mittam quam perferre gratiam uestram. i. quod gratis dabitur sanctis. pauperibus in hierusalem. etc. 2. Cor. 8. Notam facimus uobis gratiam dei etc. In hierusalem. i. sanctis qui sunt in hierusalem: et non solum mittam alios quos probaueritis: sed si dignum fuerit etc. i. si magna quantitas fuerit mecum ibunt: in quo inducit eos ad bene et liberaliter soluendum. Ro. 15. Nunc igitur proficiscar hierusalem ministrare sanctis etc.

**C** Consequenter apostolus instruit eos de his que pertinent ad seipsum. Et circa hoc tria facit. Primo promittit eis suam presentiam dicens. (Ueniam ad vos cum macedoniam pertransiero etc.) Circa quod sciendum est quod sicut dicitur Act. 16. Uir macedo apparuit apostolo cum esset troade deprecans eum et dicens ei. Transiens in macedoniam libera nos. Ut ergo apostolus iussa impleret disposuit se macedoniam iturum. Et quia macedonia erat media iter asiam et achaiam in qua est corinthum: ideo dicit. Cum pertransiero in macedoniam ueni ad uos: imo ueni ad uos ideo. scilicet quod tunc ero uobis propior. Secundo promittit se facturum apud eos diutinam moram dicens. Apud uos forsitan manebo. i. moram contraham uel etiam hyemabo. i. per totam hyemam permanebo uobiscum: quia multa corrigenda sunt in uobis. Uel causas quare ad eos uadit subdit. cum dicit. (Ut uos me ueducatis quocumque iero.) Et dicit quocumque: quia nesciebat determinate quouiret nisi spiritus sanctus inspirabat sibi. Ueducatis in quam non defendatis me: sed ut doceatis uos. Tertio cum dicit. (Nolo enim uos etc.) Excusat dilationem sue presentie dupliciter. Uno modo: quia corinthi possent dicere non est necessesse quod tantum differas uenire: et quod primo uadas in macedoniam: quia tu potes uenire in achaiam et permanere ita quod non transias per macedoniam. Et ad hoc dicit. licet sic posses uenire ad uos tamen non diu posses manere uobiscum: quia statim oportet me esse in macedonia uel redire in asiam. unde quod non lo uos modo in transitu uidere: id modo non uenio primo ad uos: nam ego spero aliquam moram contrahere uobiscum si diu minus permiserit. Dicit si dominus permiserit: quia forte uel antequam esset ibi uel postquam iam esset ibi dominus inspiraret ei quod iret ad alium locum ubi faceret maius bonum. Alio modo excusat se et hoc uidetur magis rationale: quia oportebat eum diu manere apud ephesum quod est in asia: et ideo dicit. (Permanebo autem ephesi usque ad penthecostem etc.) Forte hec epistola missa fuit in hyeme seu in uere et tunc post penthecostem debebat ire in macedoniam et morari ibi usque ad hyemam et tunc ire corinthum et hyemare. Rationem autem quare uolebat morari ephesi usque ad penthecostem subdit cum dicit. (Ostium autem etc.) i. magni fructum facio in epheso. Et dicit ostium esse apertum magni. i. multa corda hominum ad credendum parata: et uidetur: quia sine dictione Loll. 4. Quia simul et pro nobis ut deus aperiat nobis ostium etc. Sed quia sunt multi aduersarij qui conantur impedire uel subtrahere. Si ergo absentem me tantum fructus posset de facili impediri: id nolo recedere quousque sitis bene firmati. Apoc. 3. Ecce dedi coram te ostium apertum.

**C** Lectio.

**II.**

**S** i autem uenerit thimotheus uidete ut sine timore sit apud uos: opus enim domini operatur sicut et ego. Ne quis ergo illius spernat. Ueducite autem illum in pace ut ueniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus. Be apollo autem fratre uobis notum facio: quam multum

tum rogauit eum ut veniret ad vos cum fratribus: et utique non fuit voluntas eius ut nunc veniret: Veniet autem cum ei vacuus fuerit. Vigilate stare in fide: viriliter agite et confortamini: oia enim vestra in charitate fiant. Obsecro autem vos fratres nostros domum stephane et fortunati et achaiici: quoniam sunt primitie achaiie et in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsum: ut et vos subditi sitis eiusmodi: et omni cooperanti et laboranti. Gaudeo autem in presentia stephane et fortunati et achaiici: quoniam id quod vobis deerat ipsi supplerunt. Refecerunt enim et meum spiritum et vestrum. Cognoscitur ergo qui eiusmodi sunt. Salutant vos omnes ecclesie asiie. Salutant vos in domino multum aquila et prisca cum domestica sua ecclesia: apud quos et hospites. Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio mea: manu pauli. Si quis non amat dominum nostrum iesum christum sit anathema maranatha. Gratia domini nostri iesu christi vobiscum. Charitas mea cum omnibus vobis in christo iesu amen.

**C** Dic instruit eos de his que pertinent ad discipulos suos. et primo de his que pertinent ad thimotheum. Secundo de his que pertinent ad apollo ibi. (De apollo etc.) De thimotheo tria mandata. Primo ut secure custodiat. Unde dicit. Si autem venerit ad vos thimotheus videte studeatis ut sine timore sit apud vos. Forte aliquid commotio fuerat ibi propter pseudo apostolos. 2<sup>a</sup> Cor. 7. Foris pugne: intus timores etc. Et hoc debetis facere: quod opus domini operari: sicut et ego predicando. 2<sup>a</sup> Thim. 4. Tu vero vigila: in oibus labora. Secundo ut in honore habeatur: et ideo dicit. Ne quis ergo illum spernat. Et ratio huius est forte: quod iuuenis erat. 2<sup>a</sup> Thim. 4. Nemo adolescentiam tuam spernat. Luc. 10. Qui vos spernit me spernit. Tertio ut pacifice deducatur: et hoc est quod dicit. (Deducite autem illum etc.) Et ratio huius est: quod expecto illum cum fratribus qui sunt cum eo.

**C** De apollo etc.) Iste est ille apollo. de quo habet Act. 18. Quia in deus quidam etc. et iste iuit in achaiam: et fuit quasi spiritualis doctor eorum post apostolum. 2<sup>a</sup> Cor. 3. Ego platanus apollo rigauit etc. et ut hinc dicit. eps erit. Et quod corinthii male se habuerat: recesserat ab eis et iuerat ad apostolum. Postmodum vero corinthii rogauerunt apostolum ut remitteret illum ipsum: ad quod respondet eis dicens. De apollo autem fratre quem rogastis remitti ad vos notum vobis facio tria. Primo preces meas sibi factas: quoniam multum rogauit eum: ut veniret ad vos cum fratribus. Et dicit rogauit eum: quia possit percipere: quia magnis viris non difficilius fieri preceptum potest. 2<sup>a</sup> Thim. 5. Seniore obsecra etc. Ecc. 32. Rectorem te posuerunt etc. Sed nunc quid licuit sibi relinquere populum suum: Ad hoc dominum quod sicut hreg. dicit. quoniam omnes subditi male se habent et nolunt corrigi: licet episcopo recedere ab eis. Unde quia isti erant tales licuit ei. Uel dicitur est: quod forte non erat episcopus eorum: sed specialiter predicauerat eis. Secundo responsus apollinis: quia renuit venire ad eos ibi. (Et utique non fuit voluntas eius ut nunc etc.) Et ratio huius est: quia forte nondum erant bene correcti. Uel quia ipse erat in alijs arduis occupatus. Tertio permittit eum aliquando ad eos iturum. Unde dicit. (Veniet autem cum ei vacuus). id est oppotunum fuerit. scilicet quoniam vos eritis correcti.

**C** Consequenter postquam instruxit eos quod debeant facere absentibus: hic instruit eos qualiter se habeant ad presentes. Circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter se habeant quantum ad omnes

in christo. Secundo quantum ad quosdam in speciali ibi. (Obsecro autem vos fratres.) Instruit autem eos apostolus in christo de tribus. scilicet de fide. de bona operatione: et de modo bene operandi. Sed tamen istis tribus permittit unum quod est oibus necessarium. id est sollicitudo. Unde dicit. (Vigilate et orate.) De fide ergo instruit. cum dicit. (Stare. scilicet in fide.) Ephe. 6. Stare succincti etc. De bona operatione. cuius dicit. (Viriliter). id est fortiter agite: quia fides sine operibus mortua est. Jac. 2. Sed quia bona operatio non est attribuenda nobis: sed deo: ideo subdit. Et confortamini in domino. ps. Viriliter agite et confortetur cor vestrum etc. De modo agendi. cuius dicit. (Via vestra in charitate fiat). id est oia debent referri ad finem charitatis. scilicet ut fiat propter deum et proximum. Col. 3. Super oia charitate etc. Consequenter cum dicit. (Obsecro autem etc.) Instruit eos quod se habeant ad quosdam in speciali. et primo quantum ad illos qui videtur habere aliquam prerogatiua in spiritualibus. Secundo quantum ad illos qui in corporalibus operibus ibi. (Gaudeo autem etc.) Dicit ergo. (Obsecro autem vos fratres nostros). id est approbastis domum stephane et fortunati et achaiici. Approbastis inquam propter duo: et quia sunt primitie. id est primo conuersi: quia ab ipso apostolo in primis baptizati. supra primo. Baptizati autem etc. Et quia magis deuoti et prompti ad ministeria sanctorum. Unde dicit. Et in ministerio sanctorum ordinauerunt seipsum. Ro. 12. Necessitatibus sanctorum etc. et ideo obsecro ut et vos subditi etc. Heb. 12. Obedite prepositis etc. Et oia cooperati. philip. 4. Adiua eos qui mecum laborauerunt. Sap. 3. Bonorum laborum gloriosus etc.

**C** Gaudeo etc.) Dic instruit eos quantum ad illos qui preeminet in ministerijs: et potest dupliciter exponi. Uno modo: ut dicatur. Gaudeo autem in presentia stephane et fortunati et achaiici qui sunt presentes vobis: quorum presentia est vobis proficua. Quia ipsi id quod vobis deerat suppleuerunt docedo vos. Et in hoc quidem refecerunt spiritum meum: in quantum gaudeo de bono vestro: et spiritum vestrum in quantum instructi estis. philip. 4. Huius sum valde: quia inueni etc. Et ideo quia sic se habuerunt. ergo cognoscite. id est honorate eos etc. Alio modo: ut dicatur gaudeo in presentia stephane fortunati et achaiici. quia scilicet personaliter mecum sunt et seruiunt mihi: in quo suppleunt quod deerat vobis. id est quod vos non poteratis mihi corporaliter exhibere. In quo quidem refecerunt spiritum meum in quantum mihi seruiunt et pauperunt me. et vestrum. in quantum de bono meo gaudentis. et ideo cognoscite etc.

**C** Salutatio etc.) Dic apostolus insinuat quod alij faciant corinthijs. Et circa hoc duo facit. Primo insinuat quomodo salutentur ab alijs. Secundo subdit suam salutationem ibi. (Salutatio mea etc.) Circa primum tria facit. Primo insinuat quomodo salutatur eos tota ecclesia asiie in communi. Unde dicit. (Salutant vos omnes ecclesie asiie.) Ro. vlti. Salutant vos omnes ecclesie christi. Secundo quomodo salutatur eos specialiter hospites pauli. Unde dicit. (Salutat vos in domino multum aquila etc.) Iste erat hospites apostoli: et de his habetur Roma. 16. et Act. 18. Tertio quomodo salutatur eos apostoli et familiares sui. Unde dicit. Salutatur vos omnes fratres qui mecum sunt. philip. vlti. Salutatur vos qui mecum sunt fratres. Ex quo ergo omnes salutatur vos et vos etiam salute inuicem in osculo sancto non libidinoso: quo mulier apprehensum de osculatur iuuenem. Prover. 7. Non fraudulento quo iudas osculatur est christum. Mat. 26. et Mar. 14.

**C** Salutatio etc.) Dic suam salutationem subdit: et circa hoc duo facit. Primo ponit titulum salutationis dicens. (Salutatio mea). scilicet scripta est manu mea pauli. Et hoc faciebat in epistolis suis propter quosdam qui sub specie apostoli scribebant falsas litteras. Unde ut non deciperentur. postquam scripta erat epistola per aliquem in fine: consequenter scribebat apostolus manu sua. Secundo ponit ipsam salutationem in qua primo maledicit malis dicens. Si quis non amat etc. anathema sit. id est separatus vel excoicatus. maranatha. id est dominus

## Ad corinthios II.

veniet. Quasi dicat. Qui nō amat dñm nrm iesuz xpm sit anathema in aduentu dñi. Sz nungd sunt excōicādi oēs qui nō sunt in charitate. ¶ Rñdeo dōz q hoc itelligitur si quis nō amat dñm iesum xpm. i. fidē xpi r isti sunt heretici r sunt excōicāti. Uel si quis vsq; ad finē mortis nō pferat in amore dñi iesu xpi in aduentu erit separatus a bonis. Scdo benedicit bonis bene optans eis. s. grām xpi. cū dicit. (Gra dñi nostri iesu xpi.) Et hoc optans optat eis oē bonū: qz in grā dñi nostri iesu xpi cōtinetur omne bonum. Optat etiā eis charitatē suam dicens. Charitas mea rē. In vos inuicē r deū diligatis ea charitate qua ego vos diligo r nō ppter aliqd aliud nisi in christo iesu. i. propter amorē christi. Amen. i. fiat.

¶ Incipit postilla doctozis angelici scti Thome ordis fratru predicatoru sup scda epistola ad corinthios.



**M**inistri dei nostri dicetur vobis. Esa. 16. In his verbis congrue tangitur materia huius scde epistole ad corinthios. Nam in pma epistola agit apostolus de ipsis sacramētis: s; i hac scda agit de ministris ipsoz sacramētoz tam bonis q; malis. Ratio autēz hanc eplām scribēdi fuit q; corinthi post predicationē eius admiserāt pseudo apostolos quos apostolo preferebāt. Propter hoc scribit eis hanc eplām in q; cōmendat apostolus r ostendit veroz apostoloru dignitatem: ostēdit etiā r vituperat falsoz apostoloru falsitatem cōmendat autem veroz apostoloru dignitatem ex hoc q; sunt ministri dei. Ministri inqt dei dicit vobis. s. apostolis: qui quidem dicuntur ministri q; ad tria. pmo q; ad dispēsationem sacramētoz. p<sup>o</sup> Cor. 4. Sic nos existimet homo vt mi. rē. Christus enim institutor est sacramētoz: sed apostoli r eoz successores ea dispēsant: r ideo subditur in predicta auctoritate: r dispēsatores ministerio rū dei. Secūdo q; ad gubernationē. s. in q; gubernant populum dei. Sap. 6. Lum essetis ministri non recte iudicastis rē. Deus enim gubernat omnia per prudentiā. Unde quicūq; aliquid gubernat dicitur mīster dei. Tercio q; ad humane salutis operationem in q; ministerio r predicationē homines ad salutem cōuertuntur: cuius salutis solus deus est auctor: qz ipse est qui venit saluum facere quod perierat apostoli vero ministri. p<sup>o</sup> Cor. 3. Quid ergo est apollo quid paulus: ministri eius cui credidistis rē. CAP. I.



**P**aulus apostolus iesu christi p voluntatē dei r thimotheus frater ecclesie dei que est corinthi cū omnibus scis qui sunt in vniuersa achaia gratia vobis r pax a deo pte nostro r domino iesu christo.

¶ De istis ergo ministris tractat hic apostolus ostēdens in hac epistola eoz dignitatē etiā scribēs corinthiis. In qua qdē premitit. pmo salutatiōez. Scdo psequitur eplāz ibi. (Bñdictus deus rē.) In salutatiōe autē tria pōit. pmo enim describit personas salutātes. Scdo personas salutatas ibi. (Eccle que ē rē.) Tertio bona optata ibi. (Gratia vobis rē.) Circa pmoz pmo describitur psona salutās pncipalis: qz paulus. Scdo psona adiūcta: qz thimotheus. Persona salutās describit ab humilitate: qz paulus q latinē dī modicus. Iste est ille modicus. de quo Esa. 60. Minimus erit in mille rē. Uel a doctrina: qz paulus dī os tubę. Ista est illa tuba. de qua Zach. 9. Dñs in tuba canet rē. Et cōpetit: qd dī Esa. 58. Quasi tuba exalta vocē tuā rē. A dignitatis auctoritate: qz apls rē. Ubi tria ponūtur. pmo

q; sit legat<sup>o</sup>. vñ dī apls. i. pncipalr missus. Soli enī duodecim apli electi missi sunt a xpo. Luc. 9. Elegit duodecim q; r aplos rē. Aly autē discipuli nō missi sūt pncipalr sed scōario. Et inde est q; apls succedūt epi q; hñt spales curā grogis dñi. Aly autē sacerdotes succedūt. 7z. discipulis qui gerunt vices cōmissas sibi ab epīs. Est ergo eius dignitas: qz apls. p<sup>o</sup>. Cor. 9. Si aly nō sūz apls: s; tñ vobis sūz rē. Gal. 2. Qui operatus est Petro rē. Sz quare vocat se hic apls dices. Paulus apls cū in eplā ad romāos scribat se seruū. Rō hui<sup>o</sup> est. qz romanos reprehēdit de dissensiōe r superbia q; est mater dissensiōis: qz iter supbos semp iurgia sūt. Uñ vt eos reuocet a dissensiōe iducit eos ad humilitatez vocādo se seruū. Corinthi vō erant ptnaces r rebelles: r iō vt reprimat eoz pteruā vsus ē hic noie dignitatis dices. se aplm. ¶ Scdo ponit cuius sit legat<sup>o</sup>: qz iesu xpi. ifra. 9. pzo xpo legatiōe fungimur. ¶ Tertio ponit modus quo adeptus est legationē: qz nō ingessit se vt pseudo. Jere. 23. Nō mittebā eos r ipsi currebāt. Nō est dat<sup>o</sup> ppo ex diuino furore. i. vñ illd Job. 34. Qui facit regnare ypocritā rē. Dece. 12. Dabo tibi regē: s; in furore meo. Est adeptus apostolatū ex volūtate dei r bñplacito. Act. 9. Uas electiōis ē mihi iste. Et iō dī. p volūtate dei. Persona autē adiūcta ē thimothe<sup>o</sup>. Uñ dī. Et thimotheus frater. Grater inq; ppter fidē. Mat. 23. Oēs vos frēs estis rē. Et ppter dignitatē: qz eps: r inde ē q; papa vocat oēs epōs frēs. Lōnumerat autē sibi thimotheū: qz cū ipse trāsisset p eos sic dixit in p<sup>o</sup> eplā vlt<sup>o</sup>: ca: possent credere q; maliciose retulisset aplo ea de q; bus ipse scribit ad eos.

¶ Cōsequēter ponūtur psonę salutate: r pmo pncipales. 2<sup>o</sup> adiūcte pncipalibus in b q; dī. (Eccle dei) q; ē totus populus fidelis tā clerus q; laici. p<sup>o</sup> Thi. 3. Ut scias quō opoz te cōuertari. (Que est corinthi) qz corinth<sup>o</sup> erat metropolis achaie. Sz adiūcte psonę sunt oēs sancti q; sunt vni<sup>o</sup> spūs sancti grā renati. p<sup>o</sup> Cor. 6. Sz abluti estis: s; sanctificati rē. Qui sunt in achaia: cuius metropolis ē corinthus. Istis autē psonis salutatis optat apls bona. Uñ dī. Gra vobis rē. Et circa hoc duo facit. pmo ponit ipsa bona. Scdo ipsoz actorē ibi. (A deo pte rē.) Ponit autē ista duo extrema bona vt in eis itelligant media. pmo enim bonū ē grā q; ē pncipiū oīum bonoz. Nā an grām nihil ē nisi diminitū in nobis. Ultimū autē oīuz bonoz ē pax: qz pax ē gnālis finis mētis. Nā qualrcūq; pax accipiat hz rōnez finis r in glia eterna: r in regimine r in cōuertatiōe finis ē pax. ps. Qui posuit fines tuos pacē. Quis autē sit actor hoz bonoz ostēdit: subdēs. A deo pte rē. Et hec duo possunt duplr distingui: qz cū dī: a dō pte. pōt itelligi p tota trinitate. Nā licz psona pns dicat pī xpi p nām tñ tota trinitas est pī nī p creationē r gubernatōez. Esa. 63. Et nūc dñe pī nī es tu. Jere. 3. ptem vocabis me. A dō gpe nī o. i. a tota trinitate pueniūt bona. Mat. 7. Si vos cū sitis mali rē. ¶ Sz si deus pater noster accipiat pro tota trinitate quare addit persona filij. cum dicit. Et dño iesu christo: nūquid est alia persona a trinitate: ¶ Dñm q; additur nō ppter aliā personam sed ppter aliam nām. s. humanitatis assumptę a filio in personam diuinam quā quidē trinitati cōnumerat. qz omnia bona pueniunt nobis a trinitate per icarnationem christi. Et pmo grā. Job. p. Gratia r veritas rē. Scdo pax. Ephe. 2. Ipse est pax nostra rē. Item cū dicit. A dō patre nostro: pōt itelligi psona patris solum: r licet tota trinitas sit pater noster: vt dictuz est tamen persona patris est pater noster per appropriatiōez: r sic hoc q; dicit. Et domini iesu christo: itelligitur de persona filij. De persona autē spūs sancti nō fit hic mētio: qz sicut dicit Aug. Lū sit nexus patris r filij vbicūq; ponit persona patris r persona filij itelligitur persona spiritus sancti.